3736/B

BM(NH) 420

'Nova genera' wanting

LOUIS DEBACQ
Pharmacien de 1re Classe

42550

CAROLI LINNÆI,
ARCHIATR. REGII; MED. & BOT. PROF. UPSAL;
ACC. IMPERIAL. UPSAL. MONSPEL.
STOCKH. BEROL. SOC.

FLORA ZEYLANICA

Siſtens

PLANTAS INDICAS

ZEYLONÆ

INSULÆ;

Quæ

Olim 1670 - 1677. lectæ fuere

A

PAULO HERMANNO,

PROF. BOT. LEYDENSI;

Demum

Poſt 70 annos

Ab

AUGUSTO GüNTHERO,

PHARMACOP. HAFFNIENSI,

Orbi redditæ;

HOC VERO OPERE

Reviſæ, Examinatæ, Determinatæ & Illuſtratæ

GENERIBUS CERTIS,
DIFFERENTIIS SPECIFICIS,
SYNONYMIS PROPRIIS,
DESCRIPTIONIBUS COMPENDIOSIS,
ICONIBUS PAUCIS.

HOLMIÆ,
Sumtu & Literis LAURENTII SALVII. 1747.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

VIRO SPEÇTATISSIMO & PERINDUSTRIO

AUGUSTO GUNTHERO,

PHARMACOPOLÆ REGIO HAFFNIENSI.

Herbarium Indicum, *quinque voluminibus conſtans, quod ante biennium ad me miſiſti, nomina ut plantis adſcriberem, heic reddo.*

Gratulor orbi erudito, quod hic Theſaurus, qui per 50 *annos fuerat ſuppreſſus, indignorum manibus verſatus, & in Barbarorum hominum ſcriniis ſepultus, rerum viciſſitudine iterum emerſerit & ab interitu fuerit* vindicatus.

Eſt hoc opus Herbarium Zeylanicum, *quondam a Principe Botanicorum*, PAULO HERMANNO, *lectum in Zeylona multis itineribus, periculis, laboribus, curis, nec ſine Fœderati Belgii maximis ſumtibus.*

Ante dimidium ſeculum eruditi de hac rariſſima collectione uno ore loquebantur, eandem in ſummum augmentum ſcientiæ exſpectabant, ſed inopinato fato periit Hermannus, periit & collectio *hæc, quam dein diutiſſime deplorarunt Botanici.*

TIBI vero hanc deſideratiſſimam collectionem reſervarunt fata, ut tua ope reviviſceret, *ut per hanc famam & æternam nominis gloriam reportares.*

Reddo heic Tuum opus; nomina plantis, ut petiiſti, non tantum adſcripſi, ſed plantas & nomina luci publicæ expoſui; horas diesque bene multos, eosque laborioſiſſimos, hiſce impendi, quos vix ac ne vix mihi reſtituas. Lætabor tamen ſi hæc officia, in Amicum non minus dignum, quam ignotum, me contuliſſe experiar.

Vivas ſoſpes & felix diutiſſime.

Dabam Upſaliæ 1747. *d.* 23. *Junii.*

AUTOR.

PRÆ-

FLORÆ EXERCITUS *ſeculo XVI*, conquiſitus ſtudio & diligentia laborioſiſſimorum Virorum *Brunsfelſii*, *Cordi*, *Tragi*, *Fuchſii*, *Geſneri*, *Matthioli*, *Tabernæmontani*, *Lobelii*, *Dodonæi*, *Cluſii*, *Camerarii*, *Alpini*, *Columnæ*, *Cæſalpini*, *Bauhinorum* circumſcribebatur 6000 tantum plantarum *Speciebus*, adeoque in his caſtris mereri adhuc facile erat.

SECULO vero XVII in ſcenam prodibant multi & ſummi in arte Heröes, qui plantas conſcribebant ex toto orbe; uti *Alpinus*, *Aldinus*, *Zanonus*, *Bocconus*; *Griſleus*, *Salvadorus*; *Cornutus*, *Barrelierus*, *Dodartus*, *Magnolius*, *Tournefortius*; *Moriſonus*, *Rajus*, *Plukenetius*, *Petiverus*, *Sherardus*; *Hermannus*, *Kiggelarius*, *Commelini*; *Breynius*, *Loeſelius*, *Mentzelius*, *Ammannus*; *Rudbeckii*; & præter hos qui remotiſſimas Indias adibant: *Bontius*, *Hermannus*, *Rheedeus*, *Rumpfius*, *Camellus*; *Oldenlandus*; *Hernandus*, *Marcgravius*, *Piſonus*, *Banniſterus*, *Sloaneus*, *Surianus*, quorum opera excercitus conſcriptus fuit ad numerum 20000 circiter Specierum. Corruiſſent tum propria mole ingentes copiæ, niſi *Præfecti* ſummi inſtruxiſſent excercitum in *Legiones*, *Cohortes*, *Manipulos*, uti *Moriſonus*, *Rajus*, *Hermannus*, *Rivinus*, & qui hos omnes ſuperavit, immortalis *Tournefortius*; (hic poſtquam dubia ſepoſuimus) 500 Genera plantarum diſtinctiſſima adornavit.

NOSTRUM hoc SECULUM Botanicos, neque numero neque meritis præcedentium ſeculorum inferiores, aluit. Summus *Vaillantius* vaſtiſſimam legionem COMPOSITORUM inſtruxit. Laborioſiſſimus *Scheuchzerus* integram legionem GRAMINUM adornavit. Solidiſſimus *Dillenius*, præter numeroſas Excoticas, perfectiſſimam legionem MUSCORUM conquiſivit. Oculatiſſimus *Michelius* legionem FUNGORUM obſervavit. Clariſſimus *Plu-*

mierus, triplici itinere in Americam, legionem 900 NOVARUM plantarum detexit. Inſuper *Dillenius*, *MESEMBRYANTHEMA*, *Boerhaavius PROTEAS*, *Bradlæus CACTOS*, *Commelinus ALOES* inſtruxerunt. Porro Plantarum cauſſa *Scheuchzerus* & *Hallerus ALPES*, *Kæmpferus INDIAM*, *Schawius AFRICAM*, *Hartogius CAPUT B. SPEI*, *Feuillæus CHILLI*; *Tournefortius ARCHIPELAGUM*; *Buxbaumius*, *Meſſerſchmidius*, *Gerberus*, *Heintzelmannus*, *Gmelinus*, *Stellerus RUSSIÆ* imperium, *TARTARIAM & SIBIRIAM* perveſtigarunt; Et ſic Floræ copiæ ſtupendo plantarum numero noſtro etiam ſeculo auctæ ſunt.

De hiſce noſtris etiam loquamur temporibus & de Botanicis qui hodie ſtrenue in caſtris Floræ militant. In GALLIA eminent Summi *Juſſiæi*, tres fratres, qui Pyrenæos perquiſiverunt, qui fortalitium Floræ Pariſinum inſtruxerunt, qui remotiſſimas terras Peruvianas adiverunt. *Sauvageſius* numeroſiſſimas Monſpelienſes plantas quotidie legit. *Barrerus*, ex America redux, plantas Galliæ æquinoctialis ſcrutatur. *Maynardus* Pyrenæos adire propoſuit. In ANGLIA *Martynus* rariores plantas æſtimat, *Millerus* rariores Horti Chelſejani ſtudioſe conſervat, *Collinſonus* Americæ ſeptentrionalis plantas conquirit, *Catisbæus* Carolinianas pulchre delineat, *Claytonus* plantas Virginiæ legit, *Bartramius* ad minutiſſimas Americæ attendit, *Coldenius* Noveboracenſes omnes examinat, *Mitchelius* ex America redux nova parat, *Lithorpius* Oxonii anteceſſorum veſtigia premit. In BELGIO Triumviri *Royenus*, *Gronovius*, *Burmannus* florent; horum primus Hortum Leydenſem quotidie auget, ſecundus Virginiæ, a Claytono miſſas plantas, ſedulo examinat; tertius de Zeylona, Africa & Amboina optime meruit; horum veſtigiis inſiſtunt *Gorterus* in Geldriæ Campis & *Wachendorpius* in Horto Ultrajectino. In GERMANIA inter Helvetos

eminet

eminet alter Boerhaavius *Hallerus* (*), qui Alpes & Germaniam totam exponit. *Geſnerus* atavi ſanguine & propria induſtria clarus cum ſagaciſſimo *Stæhelino* rariora inquirit. *Moehringius* Oſtfriſiæ rariora docte examinat. *Ludwigius* Lipſicam Floram colit. *Gmelinus* ex undecim annorum ſibirico itinere & petropolitana commoratione redux gazas Sibiriæ excutit. Acutiſſimus *Gleditſchius* Hortum Berolinenſem reſtaurat. *Bergerus* Francofurtenſem hortum colit. *Breynius* digniſſimi parentis hæreditatem reſtituit. In RUTHENO ſolus *Entius* remanens rariſſimas plantas metit. In SVECIA venerandus Senex *Celſius* Plantas biblicas extricat. *Lecheus* rariores obſervat; *Kalmius* longinquum iter meditatur. In ITALIA *Seguierus* Veronenſibus plantis inclareſcit, ut reliquos taceam.

Horum infinitis laboribus Botanice hodie ſtipata eſt vaſtiſſimo plantarum exercitu, ut non modo plantarum numerus valde auctus ſit, ſed & duplo plura genera (1074) innotuerint, quam erant initio ſeculi hujus cognita.

Cum & Ego Floræ ſtipendio fruar, operæ pretium duxi Plantas, quotquot reperi Indicas ſ. Zeylonicas, antea vagas & diſperſas colligere, ſuisque propriis vexillis adſcribere, qua autem ratione mihi hoc munus ſuſcipere contigerit, ſequentia de *Zeylona* & *Hermanno* præfari neceſſum duco.

)(4 ZEY-

(*) *CL. HALLERUM eſſe mortalium omnium laborioſiſſimum, inque THEORIA MEDICA & ANATOMIA hodie ſummum, norunt omnes; In BOTANICIS inſuper plures inveſtigavit & deſcripſit plantas quam ullus facile alius. Inique itaque dixere nonnulli me minus mite de Viro optimo ſcripſiſſe; & ſciant velim me Ejus ſcripta & obſervationes ubique magni facere & attente volvere, cum in tota Germania vix adhuc alius meliora præſtiterit.*

ZEYLONA.

ZEYLONA inſula *Indiæ orientalis* ſita eſt e regione orientali Malabariæ, ſub *latitudine* boreali inter gr. 6 & 10; *longitudine* vero a Meridiano obſervatorii Pariſini 77 ad 80; adeoque longitudine 40 milliaria ſuecica circiter continens.

Cinghalenſes, inſulæ hujus incolæ, unico reguntur Imperatore, cujus Metropolis *Candy* in mediterraneis inſulæ ſita eſt. *Belgæ* vero, ob commercia, occuparunt 1640 loca maritima portusque primarios, quorum urbs primaria *Columbo* audit.

Terra diverſo ſolo gaudet, campis ſcilicet, ſylvis, convallibus, & eſt, præſertim in mediterraneis, montoſa (a). Inter Montes *Hamalell* ſeu *Mons Adami*, coni inſtar truncati, caput altiſſime exſerit. Ex his montibus *Fluvii* undique ſcaturiunt & mare petentes terram dividunt. Hinc Terra ſub coelo tepidiſſimo placidiſſimoque, montibus & fluviis condecorata, marique cincta non poteſt non producere, quidquid benigniſſimum clima cauſſare ſolet.

Lapidibus pretioſis, eisque magna copia, ſuperbit Zeylona, uti *Rubinis*, *Sapphiris*, *Oculis cati &c.* Fluvii lætam *Margaritarum* ſegetem ubique porrigunt &, quod minime prætereundum, *Lapidem Electricum* vehunt magnitudine oboli, planum, orbicularem, nitentem, levem, brunneum, craſſitie unius lineæ, inodorum, inſipidum, attrahentem corpora levia, parva, cineres, limaturas ferri, ramenta papyri &c, eaque dein longius repellentem (b). Mira certe & inaudita proprietas ſi in lapide, neque motu, neque tritu calefacto, heic unice detecto & obſervato.

Plantas huic inſulæ tot conceſſit benignum Clima præſtantiſſimas, ut vix ac ne vix quidem ulla terra, pari cum hac unica inſula numero Aromata produ-

(a) *KNOX* Hiſtorical relation of Ceylon. *Lond. 1681. fol. Anglice. Lipſ. 1687. quart. Germ. Amſtel. 1693. octav. Gall.*

(b) *Act. pariſ.* 1717. hiſt. p. 9. *per Lemery.*

ducat. Dum Pineta ſteriles & frigidas noſtras occupant terras, in Zeylona *Cinnamometa* (145) conſtituunt primarias Sylvas, & quidem tanta in copia, ut incolæ ex hac arbore Ligna pro domiciliis, pro foco, pro culina mutuari neceſſe habeant; cum tamen nobiliſſima hæc arbor omni alii laurum præripiat, fragrantiſſimoque odore & ſapore ſemimortuos fere ex orci faucibus eripiat; quorſum accedit quod vix ullibi terrarum niſi in Zeylona occurrat, unde exportatus Cortex per totum orbem divenditur. Noſtri Horti conſiti ſunt Malis, Pyris, Prunis, Ceraſis, ſimilibusque, at in Zeylona nonniſi altiſſimæ *Palmæ* in pretio habentur: inter quas *Cocci* (391) primariæ Arbores incolis alimenta, utenſilia, omniaque in uſum humanum neceſſaria ſuppeditant. *Caryotæ* (396) heic ſtillant Vinum Sury dictum. *Coryphæ* (394) porrigunt Frondes latiſſimas, leviſſimas, plicatas, quæ ſunt pro Umbellis heic maxime neceſſariis ad arcendos radios ſolares & præſertim imbres ab incolis ſubnudis ſolo ſubligaculo ſæpius cinctis. *Phœnices* (390) proferunt dulces Dactylos & ſuperbæ *Muſæ* (368) latiſſimis nitidiſſimisque foliis condecoratæ, racemos fructuum dulciſſimorum, magna in copia, promunt, ut taceam ſuaviſſimos Fructus, quos terra ubique offert, uti *Manghas* (471), *Jack* (508), *Jambos* (188), *Pſidia* (192), *Mala ſinenſia* (304), *Poma adami* (304), *Anacardia* (165), *Morindas* (82), *Averrhoas* (178), *&c.* Noſtri Agri ſeruntur vili Hordeo & Secali, Cinghalenſium vero non niſi præſtantiſſimam *Oryzam* pro farina, pulte & pane recipiunt. Callæ noſtras Paludes tegunt, eorum vero calidiſſima *Amoma*. Perſicariæ replent apud nos loca ruderata, apud eos vero variæ ſpecies *Piperis*. In noſtris Pratis Ranunculi, Plantagines, Convallariæ aliæque plurimæ neglectæ plantæ creſcunt, in eorum vero numeroſa *Hedyſara* XVI, *Craccæ* VI, *Sidæ* XIII, *Hibiſci* XIV, *Juſticiæ* VI, *Cleomes* V, *Impatientes* IV, *Amoma* V, *Myrti* VI, *Ricini* XI, ut prætercam numeroſos Scandentes *Convolvulos*,

)(5 Ipo-

Ipomoeas, *Dioſcòreas*, *Baſellas*, *Ariſtolochias*, *Ophiogloſſa*, *Phaſeolos*, *Momordicas*, *Bryonias*, *Vites*, *Ciſſos*, *Pothos*, *Loniceras*, *Acróſtica*. In noſtris terris Ulmaria & Mentha fragrantes plantæ ſunt, at in Zeylona *Ocyma* VI prata tegunt, quemadmodum *Cinnamomum* ſylvas. Ubique occurrunt Aromata præſtantiſſima *Zingiber* (3), *Cardamomum* (4), *Galanga* (8), *Coſtus* (5), *Acorus* (132), *Schœnanthus* (465), *Calamus aromaticus* (45), & Flores ſtructura, colore & odore excellentiſſimi: *Crini* (127), *Pancratii* (126), *Poincianæ*, *Glorioſæ* (122), nec non, qui nocte aëra gratiſſimo habitu ſaturant, *Polianthis* (125) & *Nyctanthis* (11) flores, heic ubique ſylveſtres.

Animalia ubique terrarum ſe habent ad plantas, uti Plantæ ad terram & clima; hæc itaque de Zeylanicæ terræ præſtantia teſtificentur. Heic ſingulares *Mantes* pro Cicadis; heic nitidiſſimæ *Abætullæ* (c) pro Cæciliis. Heic deteſtabiles *Leguanæ* (d) ſtridentesque *Geckones* (e) pro Lacertis; heic pro Leporibus *Cervi pygmæi parvitate Leporis*. Hic voraciſſimi *Crocodyli* aquas inhabitant; hic auro nitentes *Pavones* ex ſylvaticarum arborum cacuminibus ſplendent. Hic mirabiles *Paradiſeæ* uti Hirundines aëra ſecant. Hic *Veſpertiliones* (f) magnitudine cum canibus certant. Hic *Angues vittatæ* (g) veneno excellunt; hic *Angues giganteæ* (h) capras taurosque deglutiunt; hic maximi *Elephantes* uti ſues in ſylvis vagantur. Hic *Simiæ nigræ barba alba* geſticulantur in montibus & nudæ iſtæ *Simiæ ungue indico ſubulato* (i) mares in venerem provocant, dum virides *Pſittaci* loquuntur ex arboribus, & *Zibethicum* animal ſuave

(c) Amphib. gyllenborg. p. 7. n. 2. Raj. quadr. 331. n. 5.
(d) Amphib. gyllenborg. p. 18. n. 11.
(e) Amphib. gyllenb. p. 27. n. 19.
(f) Bont. jav. p. 69.
(g) Kæmpf. amoen. 565. t. 567. *Vipera cobras de Capello.*
(h) Raj. quadr. 332. n. 8. & p. 333. *Serpens urobubalum deglutiens.*
(i) Muſeum Adolpho-Friderician. 1. n. 2.

ſuave ſpirat in denſis ſylvis, & verecunda *Myrmecophaga pedibus pentadactylis* (k) inter decidua folia antraque repit.

Quemadmodum coelo & ſolo, ita & Lapidibus, Plantis, Animalibusque præ aliis ſuperbit Zeylona. Fuere itaque qui *Paradiſum* in hac inſula ſtatuerunt: Alii ſagaciores opinantur primos Parentes, e beato ſuo Paradiſo exules, hanc inſulam, præ omni alia terra ſelegiſſe inhabitandam, & *Adamum* in *monte Adami* longo tempore amiſſam felicitatem deploraſſe, eidemque monti & rupi ſummæ inſidentem, *veſtigia* iſta *ſedentis hominis* adhuc obvia impreſſiſſe, quæ Cinghalenſes hodie quotannis ſuperſtitioſe colunt, ut omittam quidquid de *Pomis Adami* (304) hic obviis, commentantur varii (*). Verbo, quantum hæc inſula præ aliis terris emineat, docet, ut cætera ſileam, Aromatum copia & præſtantia, cum *Aromata* inter Naturæ producta & artificia ſemper æſtimentur primaria.

HERMANNUS.

HERMANNUS (*Paulus*) naſcitur Halæ ſaxonum 1640. d. 30. Junii in augmentum Rei Herbariæ. Plantarum amor in tenello cum lacte ita accenditur, ut puer decennis plantas lecturus in aquis incidens (l) pæne ſuffocatus fuiſſet, niſi fata eum ad majores transfretandas aquas deſtinaſſent. Vitæ genus ſelecturo Diſciplina Medica, ob arctam cum amabili Botanica affinitatem, ſeſe præ aliis commendat; ob hanc nocturna diurnaque manu cultam *Honores Doctorales* Paduæ 1670 reportat.

Epocha Botanices feliciſſima exiſtebat circa annum 1671 cum in Europa magno numero Botanici doctiſſimi, curioſiſſimi, & laboroſiſſimi uno eodemque tempore florebant; Ex his fuere *Mentzelius* 65, *Bar-*

(k) Bont. jav. 82.
(*(Celſii Hiero-Botanicum I. p. 158. *ubi plurium authorum opiniones refelluntur.*
(l) Bidloi Parentatio in obitum Hermanni.

Barrelierus 65, *Moriſonus* 57, *Muntingius* 50, *Rajus* 49, *Rudbeckius* 47, *Bocconus* 44, *Dodartius* 43, *Magnolius* 41, *Breynius* 40, *Bromelius* 38, *Triumfettus* 38, *Syenus* 37, *Plumierus* 31, *Plukenetius* 29, *Rivinus* 25, *Tournefortius* 21. Qui Viri! quanta nomina! Hi conjunctis viribus infinitaque diligentia plures detegebant rariores & indicas, quam omnes qui ante eos vixerunt Botanici. Aſt ſedes Floræ primaria in *Belgio* poſita erat, ubi *Magnates* plurimi, eruditione, curioſitate, dignitate & opibus pollentes, Floræ ipſius caſtra intraverant, uti *Bentingius*, *Witſenius*, *Fagelius*, *Bewerningius*, *Beaumontius*, *Commelinus*. Hi privatos hortos inſtruxerant ſpecierum exoticarum undique, imprimis ex utraque India, conquiſitarum infinita copia, cum & vellent & valerent heic vires periclitari.

Sub hac Epocha & hoc felici ſidere fata ducunt florentiſſimæ ætatis juvenem 30, Floræque ipſius Legatum *Hermannum* in Belgium. Non potuit hic diu latere *Syeno*, qui fortalitia Floræ Leydenſia tum gubernabat. Ducitur itaque mox a Syeno Hermannus ad *Bentingium*, Floræ Senatorem, Virum honoribus & dignitatibus ſpectabilem, qui Hermannum commendabat apud Gubernatores Societatis Indiæ orientalis, ut eundem muneri Medici Societatis Indiæ orientalis per Zeylonam præficerent, ſpe non fruſtranea ductus, fore ut ſi ad Zeylonam perveniret tantus Botanicus, grata ipſius mens quotannis ſelecta ſemina, radices, bulbos, plantas ad benefactores remitteret; nec ſpes fefeilit. Hermannus mox denominatur *Medicus* ordinarius & primarius per Zeylonam.

Poſtquam fata ſic vela panderant, navem conſcendit Hermannus. In tranſitu vero, in ultimum Africæ CAPUT B. SPEI adſcendit; hanc terram nullus Botanicorum unquam antea calcaverat. O bone Deus quam multæ, quam raræ & quam mirabiles plantæ, uno eodemque die, ſe Hermanni oculis offerunt. Paucis diebus ſolus & unicus Hermannus hic plures detegit

git novas plantas Africanas, quam Botanici omnes, qui umquam in mundo ante eum exſtitere. Montes rupesque tegebantur ſucculentis *Meſembryanthemis*, *Aloebus*, *Stapeliis*, *Kleiniis*, *Craſſulis*, *Bulbinis*, *Anacampſerotibus*, *Tetragoniis*, *Aizois*. Nemora a *Proteis & Leucadendris* argento auroque nitebant. Campi veſtiebantur *Borboniis*, *Penæis*, *Blæriis* & *Ericis* infinite ludentibus. Viæ opertæ erant mellifluis *Melianthis*. Sylvas & Dumeta conſtituebant *Sideroxyla*, *Royenæ*, *Hermanniæ*, *Halleriæ*, *Maurocenæ*, *Grewiæ*, *Clutiæ*, *Cliffortiæ*, *Brunniæ*, *Galeniæ*, *Brabeja*, *Myrſines*, *Philycæ*, *Celaſtri*, *Paſſerinæ*, *Tarchonanthi*, *Baccharides*, *Eriocephali*, *Parthenia*, *Anthoſperma*, *Myricæ*, *Kiggelariæ*. Prata vero veſtiebant *Lobeliæ*, *Ixiæ*, *Corymbia*, *Arctopi*, *Roelliæ*, *Lobeliæ*, *Zygophylla*, *Gethyllides*, *Selagines*, *Hebenſtretiæ*, *Stoebes*, *Gerberiæ*, *Hæmanthi* & *Gerania* miro modo diverſa. Inde miſit Hermannus in Floræ caſtra plures novas plantas quam antea ullus, quibus adhuc ſuperbiunt Horti Europæi. Hinc famam ſempiternam ſibi comparavit ſummus Inventor.

Poſtquam ſic in Africa auxerat Floræ copias, continuat navigationem in Indiam, ubi cum ZEYLONA novus orbis ſe dominio Floræ ſubjicit. Inter omnes, quotquot antea in Europa viderat doctiſſimus Botanicus plantas, vix tres (22. 120.) in Zeylona reperit, ſed novas omnes intuetur. *Cinnamomeæ* ſylvæ *Calophylis* 201. 202.) & *Palmeta Muſis* mixta erant. Omniaiſta AROMATA, quæ infinitis itineribus, periculis, impenſis ex India acquirunt & charo pretio divendunt Europæi, ſua ſponte hic luxuriantia obſervat, e. gr. *Lignum Nephriticum*, *L. Colubrinum*, *L. Campechianum*, *Nuces Vomicas*, *Piper longum & rotundum*, *Caſſiam ligneam*, *Cinnamomum*, *Grana Tiglia*, *Turpetum*, *Myrobalanos*, *Caſcarillam*, *Acmellam*, *Tamarindos*, *Caſſiam fiſtulam*, *Curcumam*, *Coſtum*, *Galangam*, *Zedoriam*, *Zingiber*, *Cardamomum*, *Anacardium orientale & occidentale*, *Cathecu*, *Sang. Draconis*, *Gummi*

Gut-

Guttam, *G. Laccam &c.* En plantas medicinales, uſitatiſſimas, ſolis nominibus diu notas, non dum delineatas aut deſcriptas! In harum plantarum deſignatione eo facilius verſabatur, quum vulgus Zeylanenſe doctiſſimo Botanico officinalia nomina indicare valeret; aſt vero cum oculos ad reliquas verteret plantas, quam ſtupefiebat optimus Hermannus, plantas ibi VULGATISSIMAS ne quidem ad genera referre aut cum Europæis conferre valens; nec mirum adeo, quum genera pleraque ſunt, etiam in hodierna luce, rariſſima atque talia, quæ aciem acutiſſimi Botanici facile fugerent: e. gr. *Canna*, *Amomum*, *Kæmpferia*, *Boerhavia*, *Nyctanthes*, *Chionanthus*, *Eranthemum*, *Juſticia*, *Commelina*, *Xyris*, *Eriocaulon*, *Mollugo*, *Cephalanthus*, *Ixora*, *Avicennia*, *Ludwigia*, *Oldenlandia*, *Rondeletia*, *Morinda*, *Chironia*, *Ceanothus*, *Achyranthes*, *Cerbera*, *Ceropegia*, *Glorioſa*, *Burmannia*, *Pontederia*, *Lawſonia*, *Dodonea*, *Michelia*, *Bauhinia*, *Guilandina*, *Cæſalpina*, *Poinciana*, *Adenanthera*, *Sophora*, *Anacardium*, *Cynometra*, *Juſſiæa*, *Melaſtoma*, *Schinus*, *Banniſteria*, *Averrhoa*, *Rhizophora*, *Eugenia*, *Calophyllum*, *Meſua*, *Vateria*, *Gmelina*, *Clerodendron*, *Barleria*, *Hugonia*, *Sphæranthus*, *Nepenthes*, *Tragia*, *Acalypha*, *Croton*, *Jatropha*, *Curica*, *Muſa*, *&c.*

Omnes itaque horas ſucceſſivas plantarum collectioni, exſiccationi, adglutinationi impendens, incolarum ſimul nomina inquirit, plantarum vires ſciſcitatur, principia earum cum *Grimmio* noſtrate (m) chemice explorare ſtudet, plurimasque plantas ſplendidiſſime depingi curat. Sic collecto Herbario Zeylanico perfectiſſimo, compingi curat plantas Zeylanicas in *Tria* volumina; in *Quarto* vero Africanas & rariores zeylanicas miſcet; reliquas non adglutinatas ſervat. *Quintus* demum tomus, ut præcedentes in for-

(m) Grimmius *Gotlandia-Svecus, tum ad Fodinas Sicilidanas Metallurgiæ Præfectus, clarus ex* Laboratorico Ceylanico, *quod* Pielat *quidam, ſuppreſſo auctoris nomine, in latinam tranſtulit linguam.*

forma atlantica, icones circiter 400 novarum plantarum zeylanicarum continebat artificioſa manu delineatas. Mittit in Europam quotannis rariſſimarum plantarum ſemina; mittit quoque integra Herbaria Zeylanica ad *Commelinum* (n) & alios. Cum jam merita & laudes Hermanni in tota Europa omnium Curioſorum ore extollerentur, moritur 1678 Arnoldus *Syenus*, Profeſſor Botanices Leydenſis. Non erat in orbe alter meritis & inventis Botanicis Hermanno par, ideoque a Curatotibus Academiæ mox creatur Hermannus Medicinæ & Botanices *Profeſſor Lugduno-Batavus*. Cum vero biennii fere ſpatio opus eſſet Hermanno antequam redire & officio ſungi poſſet, conſtituerunt Curatores 1679 Petrum *Hottonem* Profeſſorem Botanices uſque tantum in id tempus, quo noſter ex India redux ſe ſiſteret Lugduni, quod feliciter 1680, menſe Auguſti contigit. Adgreditur mox oblatum munus; Horti *pomeria* producit; *plantas* duplo plures in hortum introducit quam omnes ejus Anteceſſores: *Bontius*, *Clutius*, *Pavius*, *Cluſius*, *Vorſtii*, *Schuylius*, *Syenus* centum annorum ſpatio (o). Inter has, plurimas habet plantas indicas quas ſecum ex *Zeylona* duxerat, nec antea, nec dein in Europa viſas. *Fundamentum fructificationis* nuper a Moriſono reſuſcitatum primus in Belgio recipit; plantas omnes in Horto *ſyſtematice* diſponit; *Hybernacula* exſtruit; *Materiam Medicam* purgat; *Muſeum* a ſe ipſo collectum in horto inſtruit; ſub feriis nunc Galliam, nunc Britanniam, nunc Germaniam plantarum cauſſa adit. Pariſiis in Horto Regio ſalientes fontes, ad acceſſum *Principis Botanicorum* ſcaturiunt jubente Tournefortio. Orbis litteratus deſideratiſſimas diu Plantas Zeylanicas ſibi pollicetur, ſed Lectiones publicæ & privatæ, negotia Academica, Conſultationes ſtudioſorum & Horti cura horas ſurripiunt, uſque dum fatalis

(n) quod Herbarium nunc in Muſeo Burmanniano ſervatur.

(o) *Boerh. lugdb. præfat. 31.*

talis *Peripneumonia* Clariſſimum Hermannum ſuffocat die 28. Januarii 1695.

HARTOGIUS.

HARTOGIUS (*Johannes*) naſcitur & educatur in Horto Leydenſi ad Floræ ſervitium, dum Hermanni jactura a toto orbe deploratur. *Sherardus* (Guilielmus) Floræ ſceptra gubernans, de Plantarum Zeylanenſium reparatione die nocteque ſolicitus, brevem ſciagraphiam promulgat (p) & ſæpius de hac jactura amicum integerrimum, eruditione & fama ubique inclytum H. Boerhaave conſulit. *Hartogius* unicus erat qui iter in Zeylonam ſuſciperet; abit, *Caput bonæ ſpei* conſcendit, numeroſam rariorum plantarum gregem conquirit, temerarius ſylvas & deſerta intrans a Leone dilaceratus fuiſſet, niſi ſervi globus miſſilis interveniſſet; inde Zeylonam attingit, integrum *Herbarium Zeylanicum* Cornelio *Voſſio*, Hortulano Leydenſi, mittit, ſed præcox fatum & perverſa Diæta brevi eum Floræ ſurripiunt.

BURMANNUS.

BURMANNUS (*Joannes*) Frid. Ruyſchii & Caſp. Commelini in Hortum Medicum Amſtelodamenſem, 22 annorum licet juvenis, digniſſimus tamen 1728 ſucceſſor. Hic natus ad Plantas mature cœpit proprium Muſeum inſtruere vaſtiſſimis Herbariis, inter quæ tamquam palmaria nominari merentur *Zeylanica* ab *Hermanno ad Commelinum* & ab *Hartogio ad Voſſium* miſſa. Ampliſſima *praxis* Clinica, quam per populoſam valde urbem Amſtelodamenſem quotidie exercebat, plurimas & pleraſque ipſi auferebat horas; Hic tamen ægre nimis dolens Hermanni jacturam, eandem proprio labore reparare ſtudet, cum ſolus poſſeſſor erat duplicis Herbarii Zeylanici; Plantas itaque *Zeylanicas* acute examinat, auctores omnes

(p) Muſeum Zeylanicum Hermanni fertur editum fuiſſe cura Sherardi.

omnes evolvit, ab Hermanno aut Hartogio non viſas apud alios inquirit, ſynonyma omnia colligit, rariores deſcribit & rariſſimas depingit. Nec his contentus integram *Centuriam* rariorum plantarum *Africanarum* delineat & deſcribit, nec non *Amboinenſes* poſthumas plantas *Rumpfii*, diu ſepultas e tenebris extrahit. Burmanno itaque debet res publica Botanica rariores plantas Indiæ & Africæ; vivat utinam diutiſſime Vir Clariſſimus, de re herbaria maxime meritus, felix in Floræ Decus & ornamentum!

LINNÆUS.

Ego numquam cogitaveram meam falcem in Zeylanicarum plantarum mittere meſſem, quamquam non diffitear harum floribus, in Cl. Burmanni Muſeo viſis, non ſemel meos vehementer delectatos fuiſſe oculos, dum Generoſiſſimi hujus Viri liberali fruebar hoſpitio; Aſt felici caſu accidit 1745, ut, quem ne nomine quidem antea notum habebam, Pharmacopoeus Regius Haffnienſis JO. GüNTHERUS, ſtupendam collectionem plantarum Indicarum, quinque voluminibus in forma atlantica comprehenſam, ad me mitteret, eo fine, ut vera nomina plantis hiſce adſcriberem, neſcius ipſe a quo lectæ erant plantæ vel ex qua parte Indiæ. Hanc dum evolvo, examino & inquiro, obſervo plantas haſce per tres primos tomos, in ſingulis paginis totidem, eaſdem, eodemque ordine eſſe diſpoſitas, quo in Hermanni *Muſeo Zeylanico* continentur a p. 1. ad 39; accedebat quod *Icones*, quas quintus tomus continet, eſſent ipſius *Hermanni*, uti conſtitit ex *Horto Lugduno Batavo* tab. 28. 63. 97. 171. 175. 179. 187. 197. 209. 435. 565. 637. 643. 650. 655. 656. 669. 683. 687. 689. 693. & ex Ejusdem *Paradiſo Batavo* tab. 73. 78. 105. 107. 205. 238, quæ figuræ abſolute eædem inque minorem molem redactæ, ut dubium nullum ſit, quin hæc collectio fuerit ipſiſſima Hermanni.

)( )(Quar-

Quartus tomus continebat plantas Capenſes & Zeylanicas mixtas, adeo ut, quæ in Muſeo Zeylanico a pag. 40. ad finem enumerantur non adglutinatæ, in hac collectione vel omnino deficerent vel paucæ harum huic tomo inſertæ eſſent.

Non decebat Botanico Aureum Theſaurum, quem ſors obtulerat, flocci facere; die itaque noctæque volumina hæc evolvo, compendioſas *Deſcriptiones* conficio, *Synonyma* addo, quamvis Cl. Burmannus pleraque ante rite enodaſſe experior, imprimis vero minutiſſimas *partes Fructificationis* inquiro, floſculos per 70 annos exſiccatos emollio, aperio, cultroque anatomico ſubjicio, qua methodo ſpecies numquam antea fixas ad certa genera deduco, pauciſſimas autem orientalis indiæ plantas ante hunc diem ad ſua genera fuiſſe relatas neminem facile fugit, quamvis huic centro ſalus Botanices innititur.

Poſtquam ita opus abſolveram, plantas diſpoſui ſecundum noſtrum Syſtema in 24 claſſes; ad 25 vero Claſſem rejeci OBSCURAS plantas zeylanicas, quarum fructificatio quidem aderat, ſed non ita perfecta, ut ex flore ad genus tuto argumentari liceret. Ad Claſſem 26 DUBIAS amandavi plantas, quas quidem deſcripſi, ſed de fructificatione, quæ deficiebat, parum novi. Ad Claſſem 27 BARBARAS reduxi, quæ in Herbario Hermanni non aderant, eas ideo aliis ſedulo inquirendas relinquo. Hoc meo labore plurima *Nova Genera* detexi; e. gr: *Eranthemum*, *Olax*, *Pavetta*, *Tomex*, *Ciſſus*, *Exacum*, *Hedyotis*, *Muſſænda*, *Nama*, *Baſella*, *Flagellaria*, *Mimuſops*, *Allophylus*, *Jambolifera*, *Memecylon*, *Cambogia*, *Eleocarpus*, *Microcos*, *Delima*, *Uvaria*, *Atragene*, *Connarus*, *Pentapetes*, *Indigofera*, *Pothos*, *Sterculia*, *Antideſma*, *Coldenia*, *Bobartia*, *Bartramia*, *Knoxia*, *Ophiorhiza*, quarum cha-

characteres antea nunquam dati ſuere (q), ut & *Ceanothi* & *Cynometræ* characteres qui hic locum inveniunt, non ita dudum confecti (r). Dabam 1747. menſe Junio Upſaliæ.

(q) Diſſ. acad. Daſſowii Nova plant. genera Upſ. 1747.
(r) Act. Soc. Upſal. 1741.

AUTORES,

qui plantas ZEYLANENSES, *poſtquam Hermannus easdem collegerat, deſcripſere, exceptis paucis, quas* Bontius *habet. Obſervandum inſuper quod Plantæ Zeylanenſes cum* Javanenſibus, Benghalenſibus, Malabaricis & *præſertim* Maderaſpatenſibus *eædem ſint.*

HERMANNUS Paul. *Medicus Zeylon. dein Prof. Leyd.*

Hortus Lugduno-Batavus
Lugdb. 1687. *oct. cum figuris & plantis zeyl.*

Floræ Lugduno-Batavæ Flores
Lugdbat. 1690. *oct. per L. Zumbach. methodice.*

Flora Lugduno-Batava (*altera*).
Lugdb. 1695 *ſemi impreſſa moritur cum Autore.*

Prodromus Paradiſi Batavi.
Amſtel. - - *duod. ſuppoſititius.*

Paradiſus Batavus. (*poſthumus per* G. *Sherard*).
Lugdb. 1698. 1705. *quart. c. fig. variis zeyl.*

Muſeum zeylanicum (nominibus indicis).
Lugdb. 1717. 1726. *oct. Catal. pl. zeylanic.*

Muſeum indicum. (*Muſeum hort. Leydenſis*).
Lugdb. 1711. - - *oct. & quart. de Animalibus.*

Materia Medica.
Argentor. 1710. *quart. per Sig. Hennigerum.*
Argentor. 1726. *quart. per J. Boeclerum aucta.*
Argentor. 1729. *quart. per Eundem continuatio.*
Londin. 1736. *quart. per Strother.*

BUR-

BURMANNUS Johannes. *Prof. Bot. Amſtel.*
Theſaurus Zeylanicus.
Amſtel. 1731. *quart. tab.* 110.
Decades X. plantarum Africanarum.
Amſtel. 1738. *&c. quart. tab.* 100.

RHEEDE von Drakenſtein. *Præfectus Malabariæ.*
Hortus Malabaricus (*habui v.* 1. 2. 9. 10. 11, 12.)
Amſtel. 1678. *fol. vol.* 12. mihi defect.

RUMPFIUS G. E. *Conſul Amboinenſis.*
Herbarium Amboinenſe.
Amſtel. 1740. *&c. vol.* 6. *latino-belgice.*
Amboiniſke Rariteten-Kammar.
Amſtel. 1705. *fol. Oſtrocodermata tantum.*

BONTIUS Jac. *Medicus Bataviæ in Java.*
Hiſtoria naturalis Indiæ orientalis.
Amſtel. 1658. *fol. cum Piſonis Mantiſſa.*

KÆMPFERUS Engelb. *Peregrinator eximius.*
Amoenitates Exoticæ.
Lemgov. 1712. *quart. Japanicæ & Chinenſes*

BREYNIUS Jacob.
Centuria I. plantarum Exoticarum
Gedan. 1678. *fol. tab.* 109.
Prodromus primus faſciculi pl. rariorum.
Gedan. 1680. *quart.*
Prodromus ſecundus plantar. rariorum.
Gedan. 1689. *quart.*
Gedan. 1739. *quart. auctior per FILIUM.*

COMMELINUS Joh. *Senator & Præfectus Hort. Amſt.*
Hortus Medicus Amſtelædamenſis (tom. I:mus.)
Amſtel. 1697. *fol.*

)( )(3 COM-

COMMELINUS Caſp. *Profeſſ. Bot. Amſtelod.*
Hortus Medicus Amſtelædamenſis, tomus 2:dus.
Amſtel. 1701. *fol.*
Flora Malabarica.
Lugdb. 1696. *oct. & fol. excerpta ex Hort. Mal.*

PETIVERUS Jacob. *Pharmac. Lond. curioſus.*
Muſei Petiveriani Centuria X.
Lond. 1692. *&c. oct.*
Gazaphylacii Naturæ & Artis Decades X.
Lond. 1702. *oct. tab.* 102. *fol.*
Hortus ſiccus & Plantæ Maderaſpatanæ.
Lond. 1704. *fol. ad finem Raj. Append.*

PLUKENETIUS Leonh.
Almageſtum Botanicum.
Lond. 1696. *quart. Synonyma.*
Mantiſſa Almageſti
Lond. 1700. *quart. prioris ſupplementum.*
Amaltheum botanicum
Lond. 1705. *quart. methodica diſpoſ. ſpecierum.*
Phytographia ſ. Icones
Lond. 1691. *&c. quart. tab.* 454. *fig. plurimis.*

RAJUS Johannes.
Hiſtoria plantarum.
Lond. 1686. *fol. Vol.* 2.
Supplementum Hiſtoriæ.
Lond. 1704. *fol. hic Appendix & Dendrologia.*

MORISONUS Robert.
Hiſtoria Oxonienſis.
Oxon. 1680. *fol. tomus* 2:*dus.*
Oxon. 1699. *fol. tomus* 3:*tius per Bobartum.*

SLOANE Hans. *Medicus quondam in Jamaica.*
Catalogus plantarum Jamaicæ.
Lond. 1696. *oct. ſynonymis copioſis.*

Hi-

Hiſtoria ſ. Voyage and Jamaica.
Lond. 1707. fol. tomus prior. tab. 156.
Lond. 1725. fol. tomus poſterior. tab. 274.

LINNÆUS Carolus
Hortus Cliffortianus.
Amſtel. 1736. fol.

GRONOVIUS Joh. Fr.
Flora Virginica (*lecta a Claytono*).
Lugdb. 1739. oct. ſyſtematice.

ROYEN Adrianus. *Prof. Leydenſis.*
Prodromus Floræ Leydenſis.
Lugdb. 1740. oct. ſyſtematice.

AMMANNUS Paulus.
Character Plantarum.
Lipſ. 1676. 1686. duod. compilavit.
Francf. 1685. 1701. duod. auctior.

SYSTEMA FLORÆ ZEYLANICÆ.

1. MONANDRIA.

Monogynia. Canna 1.
Amomum 2-4.
Coſtus 5.
Curcuma 6. 7.
Kæmpferia 8. 9.
Boerhavia 10.

2. DIANDRIA.

Monogynia. Nyctanthes 11.
Jaſminum 13.
Chionanthus 14
Eranthemum 15.
Juſticia 16-21.
Utricularia 22. 23.
Monarda 24.
Verbena 399.
Digynia Anthöxanthum 25.
Trigynia Piper 26-30.

3. TRIANDRIA.

Monogynia Commelina 31.
Tamarindus 33.
Olax 34.
Xyris 35.
Cyperus 36. 37.
Scirpus 38-40.
Digynia Bobartia 41.
Panicum 42-44.
Lagurus 45. 465.
Poa 46.
Arundo 47.
Trigynia Eriocaulon 48-50.
Mollugo 51. 52.

4. TETRANDRIA.

Monogynia Cephalanthus 53.
Ixora 54. 55.
Pavetta 56.
Avicennia 57.
Elæocarpus 58.
Tomex 59.
Ciſſus 60.
Exacum 61.
Knoxia 400.
Spermacoce 62.
Hedyotis 63-65.
Ludwigia 66.
Oldenlandia 67. 68.
Tetragynia Goldenia 69.

5. PENTANDRIA.

Monogynia Heliotr. 70. 470.
Borrago 71.
Menyanthes 72.
Cyclamen 401.
Plumbago 73.
Convolv. 74. 475.
Ipomœa 77-79.
Rondeletia 80.
Morinda 81. 82.
Lonicera 83.
Muſſænda 84.
Mirabilis 85.
Datura 86.
Rhamnus 87-89.
Xylon 220.
Chironia 90.
Strychnos 91.
Capſicum 92.
Solanum 93. 488.
Phyſalis 96. 97.
* Ribeſioides 403.
Ceanothus 98.
Vitis 99.

Celo-

Celoſia 100-102.
Achyranthes 103.
Ophiorhiza 402.
Cerbera 106.
Nerium 107-404.
Ceropegia 110.
Digynia Aſclepias 111.490.
Periploca 113.
Apocynum 114.
Gomphrena 115.
Nama 117.
Hydrocotyle 118.
Trigynia Baſella 119.
Pentagynia. Droſera 120.

6. HEXANDRIA.

Monogynia Glorioſa 122.
Aſparagus 123.124.
Polianthes 125.
Pancratium 126.
Crinum 127.
Burmannia 128.
Pontederia 129.
Aloe 130.
Bromelia 131.
Acorus 132.
Flagellaria 133.
Celeome 239.

8. ODTANDRIA.

Monogyn. Lawſonia 134.135
Memecylon 136.
Mimuſops 137.138.
Jambolifera 139.
Allophylus 140.
Dodonæa 141.
* Phantis 406.
* Cleome 242.
Trigyn. Cardioſpermum 142.
Paullinia 143.
Polygynia Michelia 144.

9. ENNEANDRIA.

Monogynia Laurus 145.146.

10. DECANDRIA.

Monog. Bauhinia 147.148.
Caſſia 149-154.
Guilandina 155.494
Cæſalpina 157 158.
Poinciana 159.
Adenanth. 160.496
* Mimoſa 505.
Melia 161.497.
Sophora 163. 164.
Anacardium 165.
Cynometa 166.167.
Tribulus 168.
Juſſiæa 169.170.498.
Melaſtoma 171.
Bartramia 174.
Digynia Schinus 175.
Santalinondes 408.
Trigynia Banniſteria 176.
Pentag. Averrhoa 177.189.
Oxalis 180. 499.

11. DODECANDRIA.

Monogynia Rhizophora 181.
* Cleome 241.

12. ICO-

12. ICOSANDRIA.

Monogynia Myrtus 182-500.
Eugenia 187-409.
Pſidium 192.

13. POLYANDRIA.

Monogyn. Nymphæa 193.
Cambogia 195.
Euphorbia 196. 503.
Calophyllum 201.
Meſua 203.
Vateria 204.
Rhamnicaſtr. 410.
Delima 205.
Elæocarpus 206.
Microcos 207. 208.
Ochna 209.
Capparis 210.
Crateva 211. 212.
Corchorus 213. 214.
Mimoſa 215. 505.
Xylon 220-222.
Cleome 240.

Hexagynia Stratiotes 223.

Polygamia Uvaria 224.
Annona 225. 508.
Atragene 226.

14. DIDYNAMIÆ.

Gymnoſp. Leonur. 227. 510.
Ocymum 228. 229.
Stoechmentha 412.
Alop. vernica 411.

Angioſperm. Gmelina 230.
Volkameria 231.
Clerodendrum 232.
Barleria 233.
Ruellia 234. 235.
Bignonia 236.
Seſamum 237.
Rhinanthus 238.
Vitex 413. 414.
Piſtacio-Vitex 415.
Cornutioides 416.
* Murex 440.

15. TETRADYNAMIA.

Siliquoſa Cleome 239-243.

16. MONADELPHIA.

Pentandria Waltheria 244.

Decand. Melochia 245. 247
Connarus 248.
Hugonia 249.

Polyandria. Pentapetes 250
Sida 251-254. 519.
Malva 255.
Urena 256. 257. 528.
Hibiſcus 258--529.
Goſſypium 267.

17. DIADELPHIA.

Octandria. Polygala 268.
Decandria. Geniſta 271.

In-

Indigofera 272-274.
Erythrina 275.
Crotolaria 276-278.
Cytiſus 279.
Phaſeolus 280. 535.
Dolichos 282. 534.
Clitoria 28 3.
Glycine 284.
Trigonella 285.
Hedyſarum 286. 548
Æſchynomene 298.
Cracca 299-303.
Trifolium 552.

18. POLYADELPHIA.

Icoſandria. Citrus 304.

19. SYNGENESIA.

Polyg. æqual. Kleinia 305.
Eupatorium 306.
Baccharis 418.

Polyg. ſuperfl. Gnaph. 307.
Matricaria 421.
Verbeſina 308-311.

Pol. neceſſ. Sphæranth. 312.

Monogynia. Lobelia 313.
Impatiens 314-316.
Viola 317. 318.

20. GYNANDRIA.

Diandria. Orchis 301. 320.

Tetrandria Nepenthes 321.

Hexandria. Piſtia 322.
Ariſtolochia 323.

Polyandria. Grewia 324.
Arum 325-328. 558.
Dracunculus 422.
Potha 329.

21. MONOECIA.

Triandria. Coix 330.
Phyllanthus 331-333
Tragia 334. 335.

Tetrandria. Urtica 336.
Morus 337.

Pentand. Amaranthus 338.
Xanthium 164.

Adelphia Ricinus 339. 566.
Acalypha 340-342.
Croton 343. 565.
Jatropha 348.
Sterculia 349. 350.

Syngen. Momord. 351. 568.
Bryonia 353. 567.

22. DIOECIA.

Pentandria Antideſma 357.

Hexand. Dioſcor. 358-363
Smilax 364.

Decandria. Carica 365.

Gynandria. Clutia 366.

23. POLYGAMIA.

Monoecia. Muſa 368.
Celtis 369.
Holcus 370.
Parietaria 371.
Ophioxylon 398.

24. CRYPTOGAMIA.

Plantæ. Ficus 372.
Filices. Oſmunda 373.
Ophiogloſſum 374.
Acroſticum 376.
Adiantum 381.
Polypodium 382.
Muſci. Lycopodium 386.
Algæ. Fucus 389.

PALMÆ.

Phoenix 390.
Coccus 391.
Arecca 392.
Cycas 393.
Corypha 394.
Boraſſus 395.
Caryota 396.

Claſſis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

CANNA.

1. CANNA foliis ovatis utrinque acuminatis nervoſis. *Roy. lugdb.* 11.
Canna ſpathulis bifloris. *Hort. cliff.* 1.
Canna indica. *Riv. monop.* 164.
Cann-Acorus latifolius vulgaris. *Tournef. inſt.* 367. *Burm. zeyl.* 53.
Arundo indica latifolia. *Bauh. pin.* 19. *theat.* 322.
Tozcuitlapil. *Hern. mex.* 282.
Meeru. *Marcgr. braſ.* 4. *Piſ. braſ.* 116. 212.
Katubala. *Rheed. mal.* 11. *p.* 85. *t.* 42.
Pukſarna. *Herm. zeyl.* 66.

AMOMUM.

2. AMOMUM ſcapo nudo, ſpica oblonga obtuſa. *Hort. cliff.* 3.
Zingiber latifolium ſylveſtre. *Herm. lugdb.* 636. *Burm. zeyl.* 234. *Raj. hiſt.* 1912.
Walinghuru. *Herm. zeyl.* 51.
Kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 13. *t.* 7.

3. AMOMUM ſcapo nudo, ſpica ovata. *Hort. cliff.* 3.
Zingiber anguſtiore folio, femina, utriusque indiæ alumna. *Pluk. alm.* 317. *Burm. zeyl.* 235.
Zingiber. *Bauh. pin.* 35. *theat.* 651. *Raj. hiſt.* 1314. *Sloan. flor.* 60. *hiſt.* 1. *p.* 163. *Valent. muſ.* 183.
Iris latifolia tuberoſa, Zingiber dicta, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 350.
Mongarutia. *Piſ. ind.* 227.
Chilli. *Hern. mex.* 169.
Kjoo. *Kæmpf. amoen.* 826.

Inſchi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 12.
Inghuru. *Herm. zeyl* 69.
Pharmac. ZINGIBERIS COMMUNIS *Radix. Rad. condita,*
ALBI *Radix, Radix condita.*
Deſcr. Culmus *ſterilis, veſtitus pedunculis vaginantibus.* Folia *lanceolata, acuminata, anguſta, integerrima.* Scapus *bracteis vaginantibus, obtuſis, alternis veſtitus.* Spica *ovata, ſquamis imbricata obtuſis.*

4. AMOMUM ſcapo bracteis alternis laxis caule breviore.
Cardamomum Enſal dictum. *Burm. zeyl.* 54.
Cardamomum ſimpliciter in officinis dictum. *Bauh. pin.* 414.
Cardamomum minus. *Bont. jav.* 126. *Barrel. rar.* 1396. *t.* 571. *Bod. theophr.* 1014. *Raj. hiſt.* 1204. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 254. *Dal. pharm.* 276. *Geoffr. mat.* 368.
Elettari. *Rheed. mal.* 11. *p.* 9. *t.* 4. 5. 6. *opt.*
Enſal. *Herm. zeyl.* 66.
Pharmac. CARDAMOMUM MINUS *non excorticatum, excorticatum, Oleum.*

COSTUS.

5. COSTUS. *Hort. cliff.* 2. *Dal. pharm.* 274.
Coſtus indicus, violæ martis odore. *Herm. zeyl.* 58. *Burm. zeyl.* 78.
Coſtus arabicus dioſcoridis. *Bauh. pin.* 36.
Alpinia ſpicata purpurea, cannacori foliis, abietis conum referens. *Bar. Amer.* 7.
Canna braſilienſis conifera Paco coatinga dicta. *Raj. hiſt.* 1702.
Arundo indica latifolia braſilienſis, ſquamato capite. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 251. *ſ.* 8. *t.* 14. *f.* 8.
Anonyma. *Merian. ſurin.* 36. *t.* 36.

Paco

Paco coatinga. *Marcgr. braſ.* 36. *t.* 36.
Tſiana kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 15. *t.* 8.
Pharmac. COSTI DULCIS *Radix.*
ARABICI *Radix.*

CURCUMA.

6. CURCUMA foliis ovatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus pauciſſimis. *Roy. lugdb.* 12.
Curcuma radice rotunda. *Herm. prodr.* 330. *Burm. zeyl.* 84.
Curcuma foliis latioribus & rotundioribus. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 40.
Manja-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 19. *t.* 10.

7. CURCUMA foliis lanceolatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus numeroſiſſimis. *Roy lugdb.* 12.
Curcuma foliis longioribus & anguſtioribus. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 40.
Curcuma radice longa. *Herm. lugdb.* 208. *Burm. zeyl.* 203.
Cyperi genus ex India. *Bauh. pin.* 37.
Manjella-kua. *Rheed. mal.* 2. *p.* 21. *t.* 11.
Kaha. *Herm. zeyl.* 30.
Pharmac. CURCUMÆ *Radix.*

KÆMPFERIA.

8. KÆMPFERIA foliis ovatis ſeſſilibus.
Kæmpferia. *Hort. cliff.* 2. *t.* 1.
Aro-orchis tuberoſa platophyllos. *Burm. zeyl.* 33. *t.* 13. *f.* 1.
Contrajerva ſ. Doſo camelli. *Raj. app.* 647.
Calceolus philippenſis pumila, plantaginis folio, radice alexipharmaca. *Pet. gaz.* 29. *t.* 19. *f.* 7.
Planta bifolia, radice tuberoſa, flore tripetalo difformi, malabarenſis. *Comm. mal.* 55.
Wanhom. *Kæmpf. amœnit.* 901. *t.* 902.
Katsjula-kelengu. *Rheed. mal.* 11. *p.* 81. *t.* 41.

Hinghurupyali. *Herm. zeyl.* 54.
Pharmac. GALANGÆ MAJORIS *Radix.*
MINORIS *Radix.*

9. KÆMPFERIA foliis lanceolatis petiolatis.
Colchicum zeylanicum, flore violæ odore & colore ephemero. *Herm. prodr.* 324. *Burm. zeyl.* 67.
Colchicum zeylanicum hermanni. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 75.
Zedoaria radice rotunda. *Raj. app.* 648.
Zedoaria rotunda. *Dal. pharmac.* 275. *Geoffr. mat.* 151. *Bauh. pin.* 31. *Raj. hiſt.* 1340.

BOERHAVIA.

10. BOERHAVIA diffuſa.
Boerhavia foliis ovatis. *Hort. cliff.* 17.
Boerhavia ſolanifolia major. *Vaill. ſex.* 51.
Antaniſophyllum ſolanifolium majus. *Vaill. act.* 1722. *p.* 258. *t.* 25. 26.
Plumbaginoides foliis ſpinaciæ ſpinoſæ, floſculo rubro. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 264.
Thalictro affinis indica, alni folio, ſemine ſtriato aſpero. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 99.
Talu-dama. *Rheed. mal.* 7. *p.* 105. *t.* 56.
Obſ. *Flores certe monandri ſunt, cum anthera didyma.*

Claſſis II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

NYCTANTHES.

11. NYCTANTHES caule tetragono, foliis ovatis acuminatis, pericarpiis membranaceis compreſſis.
Ar-

Arbor triſtis. *Grim zeyl.* 116. *Burm. zeyl.* 32. *Cluſ. exot.* 225. 279.
Arbor triſtis myrto ſimilis. *Bauh. pin.* 499. *Comm. mal.* 9.
Manja-pumeram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 35. *t.* 21. *Raj. hiſt.* 1698.

12. NYCTANTHES caule volubili, foliis ſubovatis acutis. *Hort. cliff.* 5.
Jaſminum arabicum folio aurantii, flore pleno. *Herm. zeyl.* 32.
Jaſminum limonii folio conjugato, flore odorato pleno vario. *Burm. zeyl.* 128. *t.* 58. *f.* 2.
Syringa arabica, foliis mali aurantii. *Bauh. pin.* 398.
Nalla-mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 87. *t.* 50.
Deſcr. *Arbuſcula in hortis Europæis hodie frequens.* Folia *ovata cum parvo mucrone, oppoſita, ſæpius terna, petiolis breviſſimis.* Flores *in corymbum, octifidis corollis.*

JASMINUM.

13. JASMINUM foliis oppoſitis ternatis. *Hort. cliff.* 5.
Jaſminum ſylveſtre triphyllum, floribus rubellis umbellatis. *Burm. zeyl.* 127. *t.* 58. *f.* 1.
Jaſminum album trifoliatum, flore magno, ex inſula maderenſi. *Pluk. alm.* 195. *t.* 303. *f.* 1.
Jaſminum azoricum trifoliatum, flore albo odoratiſſimo. *Comm. hort.* 1. *p.* 159. *t.* 82.
Waldpidſcha. *Herm. zeyl.* 44.

CHIONANTHUS.

14. CHIONANTHUS pedunculis multifloris paniculatis.
Arbor zeylanica, cotini foliis ſubtus lanugine villoſis, floribus albis cuculi modo laciniatis. (*Pluk.*) *Burm. zeyl.* 31.
Ghæriethagas ſ. Arbor bovina. *Herm. zeyl.* 33. 23.
Deſcr. *Arbor foliis oppoſitis, obverſe ovatis, utrinque gla-*

glabris, integerrimis, ſubpetiolatis. Panicula *florum ex ſingula foliorum ala ſingula, pedunculo ſubdiviſo floſculis ſubſeſſilibus.* Stamina *duo ſunt.*

Obſ. *Utrum hæc eadem ſit varietas* CHIONANTHI pedunculis trifidis trifloris, *quam delineat* Pluk. phyt. 241. f. 4. & Catesb. carol. 1. t. 68. *vel an diſtincta ſpecies, dubius hæreo; certe facies hujus admodum recedit. Folia in zeylanica craſſiora. Panicula ſæpe 40 floſculis; floſculi ſubſeſſiles, petala longe breviora, ut pro diſtincta ſpecie potius quam pro varietate haberem.*

ERANTHEMUM.

15. ERANTHEMUM.

Deſcr. *Herba facie Phlogis, Lychnidis aut Mirabilis.* Folia *lanceolato-ovata ſeu ovata utrinque acuta, oppoſita, petiolis longis inſidentia, integerrima, glabra, venoſa, magna.* Pedunculi *terminantes.* Caules *longi, terminati unica vel tribus ſpicis ex Bracteis lanceolatis, viridibus, imbricatis; intra ſingulas flos longus, purpureus, Phlogis facie.*

JUSTICIA.

16. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis perſiſtentibus, corollarum galea concava.

Juſticia foliis ovato-lanceolatis, ſpicis folioſis, florum galea concava. *Hort. cliff.* 9.

Ecbolium. *Riv. monop.* 129.

Adhatoda zeylanenſium. *Herm. lugdb.* 642. *t.* 643. *Pluk. alm.* 9. *t.* 173. *f.* 3. *Burm. zeyl.* 6.

Adhatoda, Wanæpala malab. *Herm. zeyl.* 23.

Deſcr. *Arbor* foliis *ovatis, utrinque acuminatis;* bracteis *ſpicæ aveneis, obtuſis, concavis, perſiſtentibus;* corallarum *labio ſuperiore rotundato, concavo, incumbente.*

17. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis acumine ovatis deciduis, corollarum galea reflexa.

Ad-

Adhatoda ſpica longiſſima, flore reflexo. *Burm. zeyl. 7. t. 4. f. 1.*

Arbor zeylanica floribus cæruleis in ſpica diſpoſitis. *Herm. zeyl. 33.*

Frutex indicus ſpicatus, floribus galeatis, vaſculo bivalvi dubio. *Raj. hiſt.* 1709.

Curini forte prima ſpecies ſ. Carim curini. *Pluk. alm.* 126. *t.* 171. *f.* 4.

Carim curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 31. *t.* 20.

Deſcr. *Arbor* foliis & *facie præcedentis*; *ſed* ſpica *conſtans* bracteis *ovatis*, *planis*, *apice acumine armatis*, *deciduis*. Calyces, *poſtquam bracteæ* & *capſulæ deciderunt*, *perſiſtunt*.

18. JUSTICIA foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis acuminatis venoſo-reticulatis coloratis.

Adhatoda flore minori. *Tournef. hiſt.* 175.

Betonica fruteſcens. *Bont. jav.* 146. *Herm. zeyl.* 149. hormini ſativi coma, amaranthi foliis. *Burm. zeyl.* 47.

Frutex indicus ſpicatus, florum pediculis brevibus. *Raj. hiſt.* 1709. *Comm. mal.* 125.

Bem-curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 126. *t.* 21.

Deſcr. Caulis *fere antecedentium*, *ſed magis herbaceus*. Folia *minora*, *remotiora*, *lanceolato-ovata*. Spica *ex bracteis undulatis*, *oppoſitis*, *ovatis*, *acuminatis*, *venoſo-reticulatis*, *coloratis*. Stamina *duo*, antheris *didymis*. Corollæ *galea lata ut in prima ſpecie*, *ſed labium inferius aliter conſtructum*.

19. JUSTICIA procumbens, foliis ſublanceolatis integerrimis, ſpicis terminatricibus lateralibusque alternis, bracteis ſetaceis.

Euphraſia, alſines anguſtiore folio, rubiæ modo ſpicata golcondæa. *Pluk. alm.* 142. *t.* 56. *f.* 3.

Planta ſpicata, floribus cæruleis, hulunaykola dicta. *Burm. zeyl.* 194.

Hulunaykola. *Herm. zeyl.* 2. 4. 15. 32.

Deſcr. *Planta herbacea repens.* Caules *procumbentes, ramis alternis.* Folia *oppoſita, ovato-lanceolata, integerrima, petiolata, ſcabra.* Spicæ *nudiuſculæ, terminatrices vel ex alternis alis ex bracteis linearibus, hiſpidis ortæ.*

20. JUSTICIA repens, foliis ovatis ſubcrenatis, ſpicis terminatricibus, bracteis lanceolatis.
Adhatoda ſpicata, floſculos ex foliolis membranaceis producens. *Burm.zeyl.7.t.3.f.2.*
Adhatoda maderaſpatana, ſpica longa foliacea marginibus albis. *Pet.muſ.338.*
Hulunaykolæ ſpecies alia. *Herm zeyl.* 21.
Hulunaykolæ alia ſpecies longe humilior ſpica ſemunciali. *Burm. zeyl.* 194.
Deſcr. Facies *plantæ Thymi acinos dicti; in ſpecimine Hermanniano* Folia *longe latiora quam in Burmanni figura, ovata, crenulata.* Caules *procumbentes e geniculis radices agentes.* Spicæ *bracteis lanceolatis, minime ad margines membranaceis, hinc dubius adpono ſynonyma Burmanni & Petiveri.*

21. JUSTICIA foliis lanceolato-linearibus obtuſis ſeſſilibus, racemis adſcendenti ſecundis, bracteis ſetaceis.
Euphraſiæ adfinis indica echioides. *Herm. lugdb.*668. *t.*669. *Comm. mal.*28. *Raj.hiſt.* 1885.
Digitali ſimilis planta bicapſularis, flore tubuloſo, galea trifida & labio integro obtuſo conſtante. *Burm. zeyl* 88.
Gratiolæ adfinis echioides zeylanica major. *Breyn. prodr.* 2. *p.*54
Bugloſſum echioides zeylanicum, foliis convolvuli indici minoris cærulei. *Breyn. E. N C. an.* 4. *obſ.* 159. *Raj. hiſt.* 498.
Peetumba. *Rheed.mal* 9.*p.*87.*t.*46.
Kawa-tumba, Kautumba, Kawaluwa. *Herm. zeyl.* 13. 29.

β Di-

β Digitalis zeylanica hirſuta, foliis ſeſami anguſtioribus. *Burm.zeyl.* 88. *t.* 38. *f.* 2.
Aſwenna. *Herm. zeyl.* 46. 59. 62.
Deſcr. *Herbacea planta.* Folia *lato-linearia, oppoſita.* Racemi *ſimplices ex alis ſingulis, longitudine foliorum, patuli:* floribus *ſeſſilibus, remotis, erectis.* Calyces *ſetacei, longi.*

UTRICULARIA.

22. UTRICULARIA nectario conico. *Flor. lapp.* 14. *Flor. ſuec.* 24. *Roy. lugdb.* 304.
Lentibularia. *Riv. monop.* 78.
Lentibularia zeylanica. *Burm. zeyl.* 140.
Millefolium aquaticum lenticulatum. *Bauh. pin.* 141.
Millefolium galericulatum. *Herm. zeyl* 9.
Obſ. *Planta hæc eſt fere unica, quæ ex Europæis in Zeylona ab Hermanno lecta fuit.*

23. UTRICULARIA ſcapo nudo: ſquamis alternis vagis ſubulatis.
Planta aquatica aphyllos repens, flore cæruleo. *Comm. mal.* 54.
Aphyllos aquatica indica volubilis, flore dipetalo difformi, calcari donato. *Raj. app.* 409.
Nelipu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 137. *t.* 70.
Rudhumeti, Ranahændya. *Herm. zeyl.* 18. *Burm. zeyl.* 208.
Deſcr. Caulis *nudus, ſemipedalis, filiformis, erectus, ſquamis vagis, ſubulatis.* Flores *pauci in apice, ſubſeſſiles, calcari longitudine floris.* (*Colorem corollæ Hermannus cæruleum eſſe adſerit*). *Ad radicem nulla folia in ſpecimine video.*

MONARDA.

24. MONARDA floribus verticillatis, foliis ſubcordatis, calycibus piloſis involucro longioribus.
Marrubium odoratiſſimum, betonicæ folio. *Burm. zeyl.* 153. *t.* 71. *f.* 1.

Marrubium jakwanaſſa zeylonenſibus. *Grim. zeyl.* 129.

Jakwanaſſa. *Herm. zeyl.* 30.

Deſcr. Folia (*Nepetæ*) *ſubcordata, in petiolos decurrentia, acuta, profunde ſerrata, petiolis longis inſidentia, ſubvilloſa.* Caulis *quadrangularis, lateribus excavatis.* Rami *oppoſiti.* Verticilli *ſeſſiles, ſupremi confertiores in ſpicam;* calyces *bracteis linearibus, ejusdem longitudinis, villoſi.* Corollarum *labium ſuperius anguſtum, longum.*

DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM.

25. ANTHOXANTHUM ſpica lineari, floſculis ſeſſilibus ariſta brevioribus.

Gramen geniculatum brevifolium criſpum, ſpica purpuro-ſericea, maderaſpatanum. *Pluk. alm.* 177. *t.* 119. *f.* 1.

Gramen alopecuroides. *Burm. zeyl.* 105.

Kawula. *Herm. zeyl* 5.

Deſcr. Culmus *pedalis, articulatus, adſcendens.* Folia *lata, brevia.* Spica *anguſtiſſima, rara, ex floſculis ſeſſilibus, ſparſis.* Calycis *gluma bivalvis, acuminata, ſingula valvula in ariſtam longam deſinente. Ad Anthoxanthi genus proxime accedit hoc gramen, facie quamvis diverſiſſimum;* ſtamina *tamen numerare non licuit.*

TRIGYNIA.

PIPER.

26. PIPER foliis ovatis ſubſeptinerviis glabris, petiolis ſimpliciſſimis.

Piper rotundum ex malabara, foliis latis-quinquenerviis albicantibus. *Herm. zeyl.* 52. *Burm. zeyl.* 193.

Piper rotundum nigrum. *Bauh. pin.* 411. *Raj. hiſt.* 1341. *Pluk. alm.* 297. *t.* 437. *f.* 1.
Piper nigrum. *Dal. pharm.* 361.
Molago-Codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 23. *t.* 12.
Lada. *Piſ. mant.* 492.
Pharmac. PIPERIS NIGRI *Fructus, Oleum, ol. coct.*
β Piper rotundum album. *Bauh. pin.* 411. *Raj. hiſt.* 1342.
Piper album. *Dal. pharm.* 361.
Pharmac. PIPERIS ALBI *Fructus.*
Deſcr. Caulis *lævis, ſpongioſus, articulatus, dichotomus.* Folia *alterna, ovata, ſubacuminata, obtuſiuſcula, utrinque glabra, craſſa, integerrima, petiolata, quinquenervia; nervis duobus e baſi, tribus intra diſcum folii enatis; horum tres interiores ad apicem folii excurrunt, laterales in medio itinere deliqueſcunt; & præter hos duo nervi laterales verſus baſin conſpicui, ſed breviſſimi moxque deliqueſcentes: omnes utrinque elevati, ſed inferius majores.* Spica *pedunculata e regione petioli, conſtans baccis ſeſſilibus, copioſis, oblonga.* Petioli *teretiuſculi, nec denticulati.*

27. PIPER foliis ovatis oblongiuſculis acuminatis ſeptinerviis, petiolis bidentatis.
Piper, qui Saururus foliis ſeptinerviis oblongo-acuminatis. *Burm. zeyl.* 193. *t.* 82. *f.* 2. *optima.*
Piper longum, foliorum nervis decurrentibus tenuibus & mollioribus, Betle dictum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 603.
Betele Tambul ſive Betre. *Burm. zeyl.* 46.
Betre ſeu Betelle. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 437. *Raj. hiſt.* 1913.
Betele. *Acoſt. arom. c.* 10.
Betre ſeu Betle. *Cluſ. exot.* 176. *t.* 176. *bona.*
Betle. *Dal. pharm.* 313.
Beetla-codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 29. *t.* 15.
Bulatwæla. *Herm. zeyl.* 34. 36. 66.
Deſcr. Caules *læves, ſtriati, angulati.* Folia *ovata, acuminata, baſi parum obliqua, ſeptinervia, quorum tres*

tres intermedii ad apicem folii excurrunt, extimi breviſſimi. Pedunculus *petiolo oppoſitus eoque longior.* Spica *cylindrica, ſæpe una cum pedunculo pendula. Petiolus baſi canaliculatus introrſum bidentatus.* Nervi *foliorum, ubi excurrunt, alterni ſunt.*

28. PIPER foliis ovatis acutiuſculis ſubtus ſcabris: nervis quinque ſubtus elevatis.
Piper frutex americanus, ſpica longa gracili. *Pluk. alm.* 297. *t.* 215. *f.* 2. *opt.*
Amolago. *Rheed. mal.* 7. *p.* . *t.* 16. *Raj. app.* 641.
Wallanradhu. Walmiris. *Herm. zeyl.* 20. 24.
Deſcr. Caules *teretes, ſtriati, volubiles.* Folia *ovata, acuta, quinquenervia, tenuia, ſupra viridia, ſubtus ſubcinereo-ſcabra: nervis quinque, nec pluribus, ſupra minime elevatis.* Petioli *teretes.*

29. PIPER foliis cordatis ſubſeptinerviis venoſis.
Siriboa bontii, Beteles ſpecies, folio lato. *Herm. zeyl.* 32.
Beteles ſpecies folio lato, Siriboa bontii. *Burm. zeyl.* 46.
Betele, quem incolæ Sirii-boa vocant. *Bont. jav.* 91. *t.* 91. *peſſima.*
Deſcr. Caulis *lævis, minus durus.* Folia *cordata, alterna, ſpithamæa, petiolata, acuta: nervis alternis* 9, *quorum tres interiores ad apicem excurrunt: extimi breviſſimi, reliqui ſenſim longiores, omnes venis anaſtomoſantibus.* Pedunculus *e regione petioli.* Spica *tenuis, anguſta.* Petioli *teretes, nec vaginantes. An Saururus?*

30. PIPER foliis cordatis petiolatis ſeſſilibusque.
Piper longum orientale. *Bauh. pin.* 412.
Piper longum. *Raj. hiſt.* 1343. *Dal. pharm.* 313.
Piper longum, piſtolochiæ foliis absque pediculis, maderaſpatanum. *Pluk. alm.* 297. *t.* 104. *f.* 4.
Cattu-tirpali. *Rheed. mal.* 7. *p.* 27. *t.* 14.

Phar-

Pharmac. PIPERIS LONGI *Fructus.*
Deſcr. *Facies Ariſtolochiæ piſtolochiæ.* Folia *cordata, nervoſa, petiolata, petiolis ſimpliciſſimis; ſuperiora cordata, oblonga, ſæpe ſeſſilia, obtuſiora, anguſtiora, amplexicaulia.* Pedunculus *e regione folii.* Rami *dichotomi.*

Claſſis III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

COMMELINA.

31. COMMELINA corollis æqualibus, pedunculis c pillaribus, foliis lineari-lanceolatis.
Ephemerum maderaſpatanum, longiſſimo anguſto folio. *Mo iſ. hiſt.* 3. *p.* 606.
Ephemerum phalangoides maderaſpatenſe minimum, foliis peranguſtis, perfoliatum. *Pluk. alm.* 135. *t.* 27. *f.* 4.
Diamenerya. *Herm. zeyl.* 16.
Deſcr. *Herba.* Folia *lanceolata, nervoſa, anguſta, vaginis ſtriatis.*

32. COMMELINA corollis æqualibus, involucris ſpicatim imbricatis.
Ephemerum zeylanicum procumbens inflatum. *Herm. parad.* 148. *deſcr. Raj. app.* 566. *Burm. zeyl* 94.
Bolhida. *Herm. zeyl.* 53.
Deſcr. *Planta repens in putridis arboribus.* Involucra *ex foliis cordatis, conferta imbricatim in ſpicam ſecundam, e cujus ſingula ſquama flos emergit*

TA-

TAMARINDUS.

33. TAMARINDUS. *Hort. cliff.* 18. *Raj. hiſt.* 1748. *Sloan. flor.* 147. *Tournef. act.* 1699. *p.* 69. *Dal. pharm.* 371. *Burm. zeyl.* 222.
Tamarindi. *Marcgr. braſ.* 107.
Tamarindus Detelſide appellata. *Alp. ægypt.* 351.
Siliqua arabica, quæ Tamarindus. *Baub. pin.* 403.
Jutay ſive Tamarindus. *Piſ. braſ.* 157.
Balom-pulli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 39. *t.* 23.
Hiabila, Hiæmbala. *Herm. zeyl.* 27. 60.
Pharmac. TAMARINDI *Fructus, Pulpa.*

OLAX.

34. OLAX.
Arbor ſtercoraria zeylanica glandifera. *Burm. zeyl.* 26.
Mella-hola. *Herm. zeyl.* 13.
Deſcr. *Arbor ramis flaccis, rugoſis (viſci), alternis.* Folia *ovata, glabra, avenia, alterna, integerrima, petiolata.* Pedunculi *breviſſimi, ſubramoſi, ex alis foliorum.*

XYRIS.

35. XYRIS foliis gladiatis. *Gron. virg.* 11.
Gladiolus indicus, flore tripetalo. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 17. *f.* 8.
Gladiolo lacuſtri accedens malabarica, e capitulo botryoideo florifera. *Pluk. alm.* 170. *t.* 416. *f.* 4.
Gramen indicum, capitulis oblongis, floribus aureis ſquamatis. *Burm. zeyl.* 109.
Gramen florens, capitulo ſquamoſo. *Raj. hiſt.* 1313. *Comm. mal.* 34.
Gramen junceum braſilianum, capite ovali ſquamoſo florido. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 229. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 28.
Jupicai braſilienſibus, Erva d' empige luſitanis. *Piſ. braſ.* 238.
Kotſjiletti-pullu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 139. *t.* 7.

Ran-

Ranmotha. *Herm. zeyl.* 41.

CYPERUS.

36. CYPERUS culmo triquetro ſubnudo, umbella decompoſita, ſpiculis alternis linearibus.
Gramen cyperinum zeylanicum vulgare minus, *Burm. zeyl.* 107.
Gramen cyperoides rarius & tenuius ſpicatum e madaraſpatan. *Pluk. alm.* 179. *t.* 192. *f.* 1. male.
Hiri. Kalandara. *Herm. zeyl.* 2.
Deſcr. Culmus *herbaceus, vix pedalis, triqueter, nudus, inferne veſtitus* foliis *quatuor alternis, gramineis.* Panicula *ex pedunculis pluribus, nudis, quorum ſingulus 4 vel 5 ſpicas diſtichas, oblongas, fere lineares & unico in medio pedunculo breviſſimo, ſimiliter ſpiculis inſtructo.* Radix *aliquot bulbos gerit.* Involucrum *ex 2 ſive 3 foliolis longitudine umbellæ.*

37. CYPERUS culmo triquetro, umbella ſupradecompoſita, ſpiculis umbellato-ſeſſilibus.
Gramen cyperinum junceum longiſſimum, Haſpan vocatum. *Burm. zeyl.* 108.
Gramen cyperoides maderaſpatanum, panicula magis ſparſa & ſpecioſa. *Pluk. phyt.* 192. *f.* 2.
Halpan. *Herm. zeyl.* 23.
Deſcr. Culmus *pedalis, acute triqueter, nudus.* Folia *ad radicem vix ulla, vel ovata.* Umbella *ter prolifera, ſpiculæ ad apices ex uno centro enatæ, ſeſſiles.* Involucrum *diphyllum, vix umbella longius.*

SCIRPUS.

38. SCIRPUS culmo triquetro, umbella ſimplici, ſpicis ovatis.
Gramen cyperoides americanum ſpicis grandioribus oblongo-rotundis ſparganii in modum echinatis, ad ſummum caulem pediculis longis innitentibus. *Pluk. alm.* 179. *t.* 91. *f.* 4.

Gra-

Gramen cyperinum zeylanicum porcinum, capitulis conglobatis rotundis. *Burm. zeyl.* 107.
Urukiri. *Herm. zeyl.* 7.
Deſcr. Culmus *ſpithamæus, nudus, triqueter.* Folia *cariciformia, longitudine culmi.* Spicæ *ſubovatæ* 8, *pedunculis propriis tanquam in umbella, ſolitariæ, conſtantes capſulis acuminatis absque interjectis ſquamis.* Involucrum *ex* 4 *vel* 5 *foliolis longis.*

39. SCIRPUS culmo teretiuſculo ſeminudo, ſpicis capitatis ſeſſilibus, involucro diphyllo ſetaceo.
Gramen puſillum, junci capitulis minimis, ad baſin foliolis binis auctis. *Burm. zeyl.* 108. *t.* 47. *f.* 2. (*tenerior.*)
Deſcr. Culmus *digitalis, craſſitie ſetæ porcinæ, nudus, inferne veſtitus aliquot foliolis ſetaceis, breviſſimis.* Spicæ *tres vel quatuor, ovatæ, ſeſſiles, in capitulum collectæ:* involucrum *ex duobus foliolis ſetiformibus, capitulo paulo longioribus.*

40. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, ſpicis dichotomis ſeſſilibus.
Gramen parvum, ſpica triunciali ramoſa, inſtar cyperi miliacei. *Herm. zeyl.* 26. *Burm. zeyl.* 107.
Gramen cyperoides maderaſpatanum, juncelli geſneri capitulis ſparſis. *Pluk. alm* 179. *t.* 119. *f.* 3.
Deſcr. Folia *plana, graminea, dura caricis, in ceſpitem congeſta.* Culmus *vix digiti longitudine, nudus, triqueter.* Umbellæ *aliquot rami bifidi longiores, ſingulo apice ſpicam ovatam undique imbricatam tenentes, & ſpicam ſeſſilem in dichotomia; alii pedunculi ex umbellæ centro ſimplices unica ſpica.* Involucrum *diphyllum longitudine umbellæ.*

DI-

DIGYNIA.

BOBARTIA.

41. BOBARTIA ſpicis capitatis, involucro folioſo.
Scirpus maderaſpatanus, capitulo ſquamoſo ſubrotundo. *Scheuch. hiſt.* 369.
Deſcr. Culmus *teres, nudus, altus, terminatus* Spicis *oblongis, cylindricis, multis, ſeſſilibus, confertis in capitulum, quod excipitur ab* involucro *diphyllo: altero breviore ex folio horizontali, ventricoſo, acuminato, longitudine capituli; altero vero baſi ventricoſo, mox tereti, acuminato, capitulo quinquies longiore, horizontali.*

PANICUM.

42. PANICUM ſpica compoſita, ſpiculis linearibus ſecundis, floſculis geminatis remotis, calycibus ariſtatis.
Gramen zeylanicum ex una parte ariſtis donatum, ſpica diviſa. *Herm. zeyl.* 36.
Deſcr. *Gramen* foliis *latiſſimis, fere Commeliæ ſive ovato-lanceolatis* Spicæ *alternæ, remotiſſimæ, lineares,* 4 *à* 5, *erectæ, ſcapo approximatæ conſtituentes unam ſpicam; ſingulæ a latere exteriore tantum floſculis alternis remotis inſtructæ;* floſculi *bini ſeſſiles:* calyce *bivalvi, ovato-lanceolato, valvulis in ariſtam rectam terminatis, & præter has unica valvula majori mutica.* Corolla *involvit ſemina ut in Panicis.*

43. PANICUM paniculatum, foliis ovatis acuminatis.
Gramen miliaceum, latiore folio, maderaſpatanum. *Pluk. alm.* 176. *t.* 189. *f.* 4.
Gramen tremulum minus, Itana zeylonenſibus. *Burm. zeyl.* 111.
Itana, idadhu. *Herm. zeyl.* 6.

Deſcr. *Hoc gramen repens eſt.* Folia *ovata, amplexicaulia, acuminata, lævia; latiora in hoc gramine, reſpectu longitudinis, quam in ullo alio, quod vidimus; hinc culmus quaſi Commelinæ.* Vaginæ *anguſtæ, ſtriatæ; caulis inferne ſæpe ramoſus.* Panicula *minus ampla e tenuiſſimis & fere capillaribus pedunculis;* flores *etiam parvi, mutici.*

Obſ. *Gramen paniculatum, locuſtis tenuiſſimis ſubrotundis.* Burm. zeyl. 110. *t.* 47. f 3. *Meneritana.* Herm. zeyl. 24. *parum a præcedente differt foliis longioribus, panicula craſſiore, floribus majoribus, rotundioribus.*

44. PANICUM ſpica tereti, involucris bifloris faſciculato-piloſis.

Gramen alopecuroides maderaſpatanum, ſpica quaſi geniculata molli. *Pluk. alm.* 177. *t.* 190. *f.* 6. *mala.*

Gramen typhoides album. *Herm. zeyl.* 32. *Burm. zeyl.* 111.

Deſcr. Folia *graminea; ubi vaginæ exeunt in folium, barbatæ ſunt.* Spica *oblonga, craſſa, uti vulgaris panici ex floſculis breviſſimis pedunculis inſidentibus; ſingulo pedunculo faſciculus ſetarum lateralium piloſarum inſidet, & intra hunc* floſculi *duo mutici, faſciculo fere breviores, quorum ſinguli conſtant* calyce *ovato, diphyllo, mutico, &* corolla *diphylla, mutica; horum, qui paulo major eſt floſculus, hermaphroditus eſt, alter vero videtur maſculus.*

LAGURUS.

45. LAGURUS paniculæ ramis ſupra decompoſito-proliferis.

Arundo zeylanica farcta, odore & ſapore calami aromatici. *Burm. zeyl.* 35.

Arundo indica odorata. *Grim. zeyl.* 120.

Calamus odoratus matthioli. *Bauh. pin.* 17. *theatr.* 263.

Pengrinam. *Herm. zeyl.* 26.

Deſcr.

Deſcr. *Magnitudo Arundinis. Ex alis ſummorum foliorum, a latere culmi plano, prodeunt e vagina duo* pedunculi, *quorum alter brevior ex ſinu producit aliquot pedunculos breves, iterum proliferos; alter vero pedunculus longior, ſæpius prolifer eſt, hinc* panicula *mixta foliolis calycem mentientibus.*

POA.

46. POA ſpiculis octifloris linearibus.
Gramen paniculatum ex oris malabaricis, panicula delicatiore. *Pluk. alm.* 176. *t.* 300. *f.* 2.
Gramen amoris minus. *Herm. zeyl.* 25. *Burm. zeyl.* 105.
Deſcr. Folia *graminea, ſtricta, ad angulum acutum exeuntia.* Panicula *ſparſa, undulata.* Spicæ *ovato-lineares, ad ſummum* 8 *floſculis. Facie paniculæ & ſpiculorum maxime accedit ad* Pluk. phyt. 92. f. 2. *licet diverſum gramen.*

ARUNDO.

47. ARUNDO arbor. *Bauh. pin.* 18. *Hort. cliff.* 29.
Arundo indica arborea maxima, cortice ſpinoſo, Tabaxin fundens. *Burm. zeyl.* 35.
Arundo arborea Mambu & Bambu dicta. *Plum. alm.* 53.
Tabaxir & Mambu arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 222.
Ily. *Rheed. mal.* 1. *p.* 25. *t.* 16.
Unaghas. *Herm. zeyl.* 46.

TRIGYNIA.

ERIOCAULON.

48. ERIOCAULON culmo quinquangulari, calyce univerſali pentaphyllo.

Randalia maderaſpatana, graminis folio, globulifera. *Pet. muſ.* 796.

Scabioſa gramineis nudicaulis, capitulis argenteis, ſive Statice minima maderaſpatana. *Pluk. alm.* 366. *t.* 221. *f.* 7.

Kokmatha minor. *Herm. zeyl.* 20.

Deſcr. *Non confundenda eſt hæc ſpecies cum Americæ ſeptentrionalis planta, quæ* Eriocaulon *caule decemangulari, foliis gramineis. Eriocaulon noveboracenſe capitulo albo globoſo &c.* Pluk. phyt. 409. t. 5. *Randalia mariana procerior.* Pet. gaz. t. 6. f. 2. *Globulariæ adfinis aquatica, caule tenui aphyllo gramineo &c.* Gron. virg. 13.

49. ERIOCAULON culmo ſexangulari, foliis enſiformibus.

Gramen junceum, chamæmeli capitulis aphyllis albis. *Burm. zeyl.* 108.

Gramen junceum indiæ orientalis minus, capitulo rotundo ex paleaceis ſpiculis in cacumine caulis glomerato. *Pluk. mant.* 98.

Kokmata. *Herm. zeyl.* 7.

Deſcr. Foliola *capitulum loco calycis univerſalis cingentia orbiculata ſunt, nec, ut in præcedente, anguſta.*

50. ERIOCAULON culmo ſexangulari, foliis ſetaceis.

Randalia malabarica, capillaceo folio. *Petiv. topic.* 344.

Statice minima indiæ orientalis, capillaceis foliis, capitulis argenteis. *Amm. herb.* 396.

Gra-

Gramen junceum, chamæmeli capitulis albis aphyllis, minus. *Burm. zeyl.* 109.
Gramen junceum, foliis capillaceis ſericeis, capitulis minus rotundis. *Burm. zeyl.* 109.
Tſceru-kotſyelleti-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 129. *t.* 63. *Comm. mal.* 67.
Penda. *Herm. zeyl* 8.
Deſcr. Folia *in hac ſpecie omnino ſetacea;* vagina *membranacea inſtar ſpathæ ad baſin culmum includit.* Radices *in aquis diſperſæ ſunt.*

MOLLUGO.

51. MOLLUGO foliis quinis obverſe ovatis inæqualibus, floribus paniculatis.
Alſine ramoſa procumbens quadrifolia, ad radicem polyphylla. *Burm. zeyl.* 13. *t.* 8. *f.* 1. *bona.*
Alſine foliis ad radicem poſitis. *Burm. zeyl.* 14. *t.* 8. *f.* 2.
Alſine ſpergulæ facie maderaſpatenſis, foliis latioribus, ſemine minutiſſimo nigro. *Pluk. alm.* 21. *t.* 118. *f.* 1. *an?*
Wiſnagarandi. *Herm. zeyl.* 33. *certe.*

52. MOLLUGO foliis oppoſitis lanceolatis, ramis alternis: pedunculis lateralibus confertis unifloris.
Jeonpala. *Herm. zeyl.* 4. *Burm. zeyl.* 130.
Deſcr. *Herba annua,* ramis *longis, diffuſis, glabris, alternis.* Folia *oppoſita, lanceolata, glabra, in petiolos deſinentia.* Pedunculi *plures, æquales, capillares, uniflori ex alis.* Calyces *pentaphylli.* Stamina *tria.* Piſtilla *non vidi.*

Claſſis IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

CEPHALANTHUS.

53. CEPHALANTHUS foliis oppoſitis.
Platanocephalos citri foliis bijugis, capite majore. *Vaill. act.* 1722. *p.* 259.
Arbor indica fructu aggregato globoſo. *Raj. hiſt.* 1441.
Katu-Tſiaca. *Rheed. mal.* 3. *p.* 29. *t.* 33.

IXORA.

54. IXORA foliis ovalibus ſemiamplexicaulibus.
Jaſminum flore tetrapetalo, Ixora Linnæi, Schetti horti mal. *Burm. zeyl.* 125. *t.* 57.
Jaſminum arboreſcens indicum, flore tetrapetalo umbellato phœniceo, foliis laurinis latioribus. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 58. *fil. p.* 72. *Comm. mal.* 36. *Raj. dendr.* 50.
Jaſminum indicum, lauri folio, inodorum umbellatum, floribus coccineis. *Herm. prodr.* 342. *Pluk. alm.* 196. *t.* 59. *f.* 9.
Jaſminum zeylanenſium inodorum coccineum bacciferum. *Barthol. act.* 3. *p.* 38.
Frutex baccifer malabaricus, fructu calyculato rotundo rubro polyſpermo. *Raj. hiſt.* 1357.
Schetti. *Rheed. mal.* 2. *p.* 17. *t.* 13.
Ratabala. Ratambala. Kalabala. *Herm. zeyl.* 36. 60.

55. IXORA foliis ovato-lanceolatis.
Jaſminum flore tetrapetalo flavo, Bemſchetti. *Burm. zeyl.* 126.

Ja-

Jaſminum arboreſcens indicum, flore tetrapetalo umbellato, foliis laurinis longioribus & anguſtioribus. *Breyn. prodr. 2. p. 58. fil. p. 72.*

Jaſminum indicum laurifolium inodorum umbellatum, floribus albicantibus & Schetti album. *Pluk. alm. 196. t. 109. f. 2. Comm. mal. 37.*

Bemſchetti. *Rheed. mal. 2. p. . t. 14.*

Ratabala. *Herm. zeyl. 15.*

Obſ. *Admodum adfinis præcedenti, & forte ſola varietas.*

PAVETTA.

56. PAVETTA.

Sambucus humilis zeylonica Pawatha zeylonenſibus. *Herm. prodr. 373. Burm. zeyl. 209.*

Arbor malabarienſium, fructu lentiſci. *Bauh. pin. 399.*

Pavate arbor, foliis mali aureæ. *Bauh. hiſt. 2. p. 102.*

Pavate. *Acoſt. arom. 256. Dalech. hiſt. 1862. Raj. hiſt. 1581.*

Pavetta ſ. Malleomothe. *Rheed. mal. 5. p. 19. t. 10.*

Pawatha. *Herm. zeyl. 3.*

Deſcr. *Arbor.* Folia *obverſe ovata, ſubacuta, oppoſita, petiolata (ergo non Plukenetii), corymbi compoſiti.*

AVICENNIA.

57. AVICENNIA.

Anacardium. *Bauh. pin. 511. Bauh. hiſt. 1. p. 334. Comm. mal. 4. Dal. pharm. 339.*

Anacardium orientale. *Pluk. alm. 28. Jonſt. dendr. 156.*

Anacardium alterum ſive medium & legitimum. *Geoffr. mat. 2. p. 396.*

Arbor indica, fructu conoide, cortice pulvinato nucleum unicum nullo oſſiculo tectum claudente. *Raj. hiſt. 1566.*

Oepata. *Rheed. mal. 4. p. 95. t. 45.*

Pharmac. ANACARDII ORIENTALIS *Fructus.*

ELÆAGNUS.

58 ELÆAGNUS foliis ovatis. *Roy. lugdb.* 256.
Elæachnus foliis rotundis maculatis. *Burm. zeyl.* 92. *t.* 39. *f.* 2.
Olea ſylveſtris, argenteo folio, zeylanica. *Pluk. alm* 269.
Zizyphus zeylanica argentea, mali cotoneæ folio. *Raj. dendr.* 44.
Zizyphus zeylanica argentea, ſpinis carens. *Herm. prodr.* 386.
Zizyphus alba argentea zeylanica hermanni. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 105.
β Eleachnus foliis oblongis acuminatis maculatis. *Burm. zeyl.* 92.
Wælæmbilla. *Herm. zeyl* 8.
Obſ. Radix *tuberoſa eſt.*

TOMEX.

59. TOMEX tomentoſa.
Arbor malabarica Illa dicta, cujus cortice veſcuntur Indi defectu foliorum beteles. *Burm. zeyl.* 26.
Illa. *Herm. zeyl.* 11.
Deſcr. *Arbor ſingularis & ſine pari. Craſſum tomentum inveſtit ramos, pedunculos, petiolos, ut nil ſimile, & quaſi pannus.* Folia *ovata, magnitudine manus, oppoſita, acuminata, integerrima, coriacea, rugoſa, nuda, ſubtus tomentoſa una cum venis, petiolata.* Pedunculi *axillares, ſolitarii, dichotomi, longitudine petiolorum, divaricati.*
Obſ. *Tota ſtructura fructificationis ad Callicarpum accedit, nec repugnat facies; ſed* petala *quatuor diſtincta,* filamenta *receptaculo inſerta,* fructus *cum in hac ignotus ſit, conjungere genera non audeo.*

CISSUS.

60. CISSUS.
Vitis maderaſpatana, fructu azureo, folio ſubrotundo & anguloſo. *Pet. muſ.* 696.

Hedera

Hedera indica, folio ſimplici integro, claviculata ramoſa, racemis laxis, uvis rotundis nigris. *Raj. dendr.* 37.

Arbuſcula baccifera circumplicatilis, vitigineo folio ſubtus lanato, fructu racemoſo fervidiore odoro. *Pluk. mant.* 27. *t.* 337. *f.* 2.

Schunambu-valli. *Rheed. mal.* 7. *p.* . *t.* 11.

Galberija. *Herm. zeyl.* 22. *Burm. zeyl.* 105.

Deſcr. Folia *alterna, petiolata, obſolete quinqueloba* (*Malvæ*), *tomentoſa.* Pedunculus *e regione petioli, umbellatus,* umbella *prolifera.*

EXACUM.

61. EXACUM floribus ſeſſilibus.

Centaurium zeylanicum minus, flore luteo. *Herm. zeyl.* 36. *Burm. zeyl.* 57.

Planta annua, facie centaurii æthiopici. *Pluk. phyt.* 275. *f.* 3. *ſed flores diverſiſſimi.*

Deſcr. Caulis *erectus, ſpithamæus, tetragonus, lævis, ſimplex, ſuperne dichotomus.* Folia *oppoſita, ovata, ſeſſilia, integerrima.* Flores *ex divaricationibus caulis, ſolitarii, ſeſſiles, foliis majores. Hujus generis videtur* Centaurium minus hypericoides, flore luteo, lini capitulis. *Pluk. mant.* 43. *t.* 343. *f.* 3.

SPERMACOCE.

62. SPERMACOCE hiſpida, foliis oppoſitis obverſe ovatis.

Galeopſis zeylanica, folio oblongo, flore albo. *Burm. zeyl.* 103. *t.* 20. *f.* 3. *minus bona.*

Digitalis aſpera repens rotundifolia. *Burm. zeyl.* 33.

Aſwanna. *Herm. zeyl.* 3.

Deſcr. Rami *herbacei, procumbentes, ſimplices.* Flores *verticillati, ſeſſiles.* Perianthium *tetraphyllum, anguſtum, ſupra fructum.* Semina *duo, diſtincta diſſepimento, licet capſula calyce adnato arcte circumdata nec dehiſcens.* Folia *ovata, integerrima, oppoſita, ſubpetiolata. Tota planta ſcabra.*

HEDYOTIS.

63. HEDYOTIS foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminantibus involucratis.

Valerianella foliis nervoſis acutis, floſculis in caulium ſummo quaſi involucratis. *Burm. zeyl.* 227. *t.* 107.

Arbor zeylanica, folio caryophylli barbati. *Herm. zeyl.* 35. *Burm. zeyl.* 29.

Wæranya. *Herm. zeyl.* 4.

Deſcr. *Facies phyllitidis.* Caulis *tetragonus.* Folia *oppoſita, lanceolata, petiolata, glabra, nervoſa, integerrima.* Stipulæ *ovato-rhombææ, latæ, breves.* Corymbi *terminantes brachiati ſ. trifidi.* Calyx *quadrifidus.* Corolla *infundibuliformis, quadrifida.* Filamenta *corolla paulo longiora.* Antheræ *oblongæ.* Germen *infra calycem.* Stylus *unicus, bifidus, obtuſus. De* fructu *nulla nobis certitudo.*

64. HEDYOTIS foliis lanceolato-ovatis, floribus verticillatis.

Valerianella paluſtris, foliis nervoſis oblongis, floſculis ad caulium nodos inter foliorum ſinus collectis. *Burm. zeyl.* 227. *t.* 108. *f.* 1.

Mentha zeylonica aquatica inodora latifolia. *Herm. zeyl.* 35. *Burm zeyl.* 158.

Planta zeylanica menthæ aquaticæ in inſula Zeylon naſcentis ſpecies. *Raj. dendr.* 134.

Auricularia. *Dal. pharm.* 160.

Auricularia indorum ad ſurditatem efficax, anglis Ear-wort vulgo. *Marlow. obſ.*

Obſ. *Specificum in ſurditate fertur eſſe remedium, & a Menthæ ſpecie pro qua habitum longe diverſiſſimum.*

Deſcr. Caules *glabri, longi.* Rami *longi, articulati, alterni.* Folia *lanceolato-ovata, ſubſeſſilia, glabra, nervoſa, integerrima, oppoſita, pendula;* ſtipulæ *dentatæ pedunculos conjungentes.* Flores *verticillati, multi, pedunculis propriis breviſſimis ex ſingula ala.*

65. HE-

65. HEDYOTIS foliis lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis.

Deſcr. Caulis *ſemipedalis, herbaceus, dichotomus, patens.* Folia *oppoſita, lanceolata, raro repanda, avenia, vix petiolata.* Pedunculi *duo, uniflori, longitudine fere foliorum, ad ſingulam caulis ramificationem.* Corolla *infundibuliformis, hinc ab Oldenlandiis diverſa.*

LUDWIGIA.

66. LUDWIGIA caule diffuſo, foliis lanceolatis, capſulis pedunculatis folio dimidio brevioribus.

Lyſimachiæ ſpecies, fructu caryophylloideo. *Burm. zeyl.* 146.

Lyſimachia indica non papposa, flore luteo minimo, ſiliquis caryophyllum aromaticum æmulantibus. *Herm. lugdb.* 396. *Comm. mal.* 163.

Carambu. *Rheed. mal.* 2. *p.* *t.* 49. *Raj. hiſt.* 1510.

Kikirinda. Brunga. Markako. Angharako. Hæmaragho. Kararanghina. *Herm. zeyl.* 17.

Deſcr. *Herba procumbens, facie Lythri Hyſſopifolii, ſpithamæa;* Rami *ad radicem, vix alii.* Folia *alterna, lanceolata, lævia, integerrima, ſtriata, in petiolos deſinentia.* Flos *ſolitarius ex alis, caryophylli officinarum figura, germine calycibus longiore.* Corolla *flava, tetrapetala, calyce breviore.* Stamina *quatuor.* Stylus *unus, capitatus.* Capſula *foliis dimidio brevior.*

OLDENLANDIA.

67. OLDENLANDIA foliis linearibus, umbellis nudis lateralibus alternis.

Rubeola zeylanica Elarathmul dicta. *Burm. zeyl.* 208.

Lyſimachiæ adfinis, ſaturejæ folio, maderaſpatenſis, capſulis in ſummitate fere umbellatis. *Pluk. alm.* 236. *t.* 119. *f.* 4.

Antirrhinum humile anguſtifolium, floſculo gemello ex alis foliorum producto. *Burm. zeyl.* 22. *t.* 11. *an?*

Ela-

Elarathmul. Rathmul. Tſiada. *Herm.zeyl.* 1. 22.
Deſcr. Radix *fibroſa, longa, rubra, tinctoria.* Caulis *ramoſus, diffuſus, procumbens, glaber, ſpithamæus.* Folia *oppoſita, linearia vel lineari-lanceolata, acuta. Ex alis ramorum rudimenta multis foliolis.* Umbellulæ *nudæ, folio breviores, pedunculatæ, alternæ ex alis, paucis floribus. Facies Ciſti Helianthemi vel Serpylli.*

68. OLDENLANDIA pedunculis bifloris petiolo longioribus, foliis oppoſitis lanceolatis.
Alſine erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl.* 13. *t.* 7. *(an?)*
Alſine zeylanica, folio (petiolo) capillaceo. *Herm. zeyl.* 32. *Burm. zeyl.* 13.
Deſcr. Caulis *herbaceus, erectus, articulatus, dichotomus.* Folia *lanceolata, integerrima, baſi anguſtiora, in petiolos deſinentia, oppoſita.* Flores *bini ſimul ad genicula pedunculis elongatis, penduli; ſeu* pedunculus *bifidus duos flores ferens.*

TETRAGYNIA.

COLDENIA.

69. COLDENIA.
Teucrii facie biſnagarica tetracoccos roſtrata. *Pluk. alm. t.* 64. *f.* 6.
Hanſape. *Herm. zeyl.* 13. *Burm. zeyl.* 113.
Deſcr. *Herba procumbens,* ramis *alternis, confertis, piloſis, ſpithamæis, diffuſis.* Folia *alterna, petiolata, ovalia, latere anteriore verſus caulem anguſtiora, repando-ſerrata, lobis XI. circiter, plicata, ſubvilloſa. Ex alis* flores *aut* fructus *ſolitarii, vel cum ramulo enati, ſeſſiles.*

Claſſis

Claſſis V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

HELIOTROPIUM.

70. HELIOTROPIUM, foliis cordato-ovatis acutis ſcabriuſculis, ſpicis ſolitariis. *Hort. cliff.* 45.

Heliotropium indicum, hormini foliis latioribus. *Kigg. beaum.* 24.

Heliotropium americanum cæruleum, foliis hormini. *Dod. mem.* 83. *Pluk. alm.* 182. *t.* 245. *f.* 4. *Sloan. flor.* 94. *hiſt.* 1. *p.* 213. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 451. *Raj. app.* 270.

Heliotropium latifolium annuum. *Herm. lugdb.* 307.

Etſæthya. *Herm. zeyl.* 3.

Deſcr. Caulis *herbaceus.* Folia *cordato-ovata, ſcabra, petiolata, integerrima.* Spicæ *ſecundæ, longiſſimæ, apice revolutæ.*

BORRAGO.

71. BORRAGO calycinis foliis ſagittatis erectis. *Hort. cliff.* 45.

Borraginoides anguſtifolia, flore palleſcente-cæruleo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 188. *t.* 188. *Burm. zeyl.* 48.

Cynogloſſoides folio caulem amplexante. *Iſnard. act.* 1718. *p.* 325. *t.* 10.

Anchuſæ degeneris facie, indiæ orientalis herba quadricapſularis. *Pluk. alm.* 30. *t.* 76. *f.* 3. *mala.*

MENYANTHES.

72. MENYANTHES foliis cordatis ſubcrenatis, corollis interne piloſis.

Nym-

Nymphoides indica, flore albo fimbricato. *Tournef. inſt.* 154.
Nymphæa aquatica minor indica, floribus albis pentapetalis, filamentis intus denſis obſitis. *Raj. app.* 631.
Nymphæa malabarica minor, folio rotundiore, flore albo pentapetalo intus villoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 513.
Nymphæa indica, ſubrotundo folio, minor, flore albo fimbriato. *Pluk. alm.* 267.
Nymphææ minoris adfinis indica, flore albo piloſo. *Sloan. flor.* 121. *hiſt.* 1. *p.* 252. *Comm. mal.* 191.
Nedel ambel. *Rheed. mal.* 11. *p.* 55. *t.* 28.
Obſ. *Habitat in foſſis.*

PLUMBAGO.

73. PLUMBAGO foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 53.
Plumbago zeylanenſis, folio ſplendente ocymaſtri, flore lacteo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 77. *Burm. zeyl.* 195.
Plumbago americana, viticulis longioribus, ſempervirens ex vera cruce. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 599.
Dentellaria lychnoides ſylvatica ſcandens, flore albo. *Sloan. flor.* 91. *hiſt.* 1. *p.* 211. *t.* 133. *f.* 1. *Raj. app.* 245.
Lychnis indica ſpicata, ocymaſtri foliis, fructibus lappaceis oblongis, radice urente. *Comm. hort.* 2. *p.* 169. *t.* 85.
Herba indica, flore e tubo longo in quinque foliola expanſo, calyce hiſpido, vaſculo ſeminali monoſpermo. *Raj. app.* 550.
Tumba-Codiveli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 15. *t.* 8.
Schetti-Codiveli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 17. *t.* 9.
Elarathnethul. *Herm. zeyl.* 11. 51. 32.
β Plumbago zeylanica, folio ſplendente ocymaſtri, flore rubro. *Burm. zeyl.* 195.
Rathnethnul. *Herm. zeyl.* 195.

Obſ.

Obſ. *Radix recens corrodens, veſicatoria, unde contuſa vulneribus angulum & venenatorum animalium imponitur a Cinghalis.*

CONVOLVULUS.

74. CONVOLVULUS foliis cordatis angulatis, caule membrano-quadrangulari.

Convolvulus zeylanicus alatus maximus, foliis ibiſco nonnihil ſimilibus angulofis. *Herm. lugdb.* 177. t. 178. 179. *Burm. zeyl.* 71.

Convolvulus indicus, ampliſſimo ſubrotundo folio, caule alato, Turbith ſeu Tiguar garciæ quibusdam putatus. *Raj. app.* 373.

Turbith officinarum & garciæ atque acoſtæ. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 101.

Turpethum repens, foliis althææ vel indicum. *Bauh. pin.* 149.

Tiraſtawalu. *Herm. zeyl.* 26.

Pharmac. TURPETHI *Radix.*

Deſcr. Caulis *volubilis membranis exſtantibus longitudinaliter quadrifariam alatus ſive anguloſus.* Folia *cordata variis angulis, ſubvilloſa, petiolata.* Pedunculi *flores duos vel plures ferentes, ſolitarii; floribus ſingulis involucrum diphyllum eſt.* vide Hermanni deſcriptionem, quæ bona.

75. CONVOLVULUS foliis bilobis.

Convolvulus foliis ſubrotundis: apice emarginatis: baſi integris. *Roy. lugdb.* 428.

Convolvulus maritimus zeylanicus, folio craſſo cordiformi. *Herm. lugdb.* 174. *t.* 175. *prodr.* 325. *Burm. zeyl.* 71.

Convolvulus maritimns ſive Soldanella e maderaſpatan folio in ſummitate ſinuato. *Pluk. alm.* 114. *t.* 24. *f.* 4.

Soldanella malabarica cordato folio. *Pet. muſ.* 98.

Schovanna-adamboe. *Rheed. mal.* 11. *p.* 117. *t.* 57.

Bin-

Bintamburu. *Herm. zeyl.* 55. 61.

β Convolvulus marinus indicus repens macrorhizos, folio bifido craſſo, flore roſeo amplo, Bintamburuwæl zeylonenſibus. *Herm. zeyl.* 39.

Bintamburu-wæl. *Herm. zeyl.* 39.

76. CONVOLVULUS foliis ſubovatis obtuſis petiolatis piloſis, caule diffuſo, pedunculis trifloris.

Convolvulus foliis ovatis obtuſis, caule filiformi. *Hort. cliff.* 68.

Convolvulus biſnagaricus, myoſotidis folio. *Pet. act.* 276. *p.* 1007.

Convolvulus indicus minor, alſines folio, flore rubicundo purpureo. *Raj. app.* 376. *Comm. mal.* 22.

Convolvuli minimi ſpecies biſnagarica hirſuta, alſines folio. *Pluk. alm.* 116. *t.* 9. *f.* 1.

Anagallis hirſuta, foliis ſolitariis alternis, floribus cæruleis petiolo articulato inſidentibus. *Burm. zeyl.* 19. *t.* 9.

Anagallis zeylanica minor procumbens. *Raj. app.* 496.

Alſine hirſuta minor, foliis alternis, floribus ſolitariis. *Burm. zeyl.* 11. *t.* 6. *f.* 1.

Viſtnu-clandi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 131. *t.* 64.

Wiſnugarandi. *Herm. zeyl.* 11. 37. 56.

IPOMOEA.

77. IPOMOEA foliis pinnatifidis linearibus, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 60.

Convolvulus exoticus annuus, foliis myriophylli ſive millefolii aquatica, flore ſanguineo. *Pluk. alm.* 117.

Convolvulus pennatus exoticus rarior. *Col. aquatil.* 73. *t.* 72. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 18. *f.* 1. *t.* 4 *f.* 7.

Jaſminum millefolii folio. *Bauh. pin.* 398.

Quamoclit foliis tenuiter inciſis & multifidis. *Tournef. inſt.* 116. *Burm. zeyl.* 197.

Quamoclit ſive Jaſminum americanum. *Cluſ. poſth.* 9.

Quamoclit. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 177. *Raj. hiſt.* 730.

Tſia-

Tſiaria-Cranti. *Rheed. mal.* 11. *p.* 123. *t.* 60.
Kathababa. *Herm. zeyl.* 47.

78. IPOMOEA foliis palmatis, floribus aggregatis.
Volubilis zeylanica Pes tigrinus dicta. *Dill. elth.* 429. *t.* 318. *f.* 411.
Convolvulus foliis palmatis glabris, caule hiſpido. *Hort. cliff.* 496.
Convolvulus foliis digitatis piloſis, caule hiſpido. *Roy. lugdb.* 429.
Convolvulus zeylanicus villoſus pentaphyllus & heptaphyllus minor, Pes tigrinus dictus. *Herm. lugdb.* 184. *t.* 187. *Comm. mal.* 87.
Convolvulus zeylanicus hirſutus, foliis pedis tigridis in modum ſive in quinque profundas lacinias diviſis. *Burm. zeyl.* 70.
Convolvulus indicus pes tigrinus dictus minor & hirſutus. *Herm. prodr.* 326.
Convolvulus heptaphyllus indicus villoſus. *Breyn. prodr.* 1. *p.* 33.
Pulli-Schovadi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 121. *t.* 59.
Diwipahuru. Diwipaſſuru. *Herm. zeyl.* 12.

79. IPOMOEA foliis trilobis, floribus aggregatis.
Convolvulus zeylanicus, foliis Hepaticæ nobilis. *Herm. parad. app.* 6.
Convolvulus zeylanicus hirſutus, folio hepaticæ trilobatæ, floribus plurimis in capitulo junctis. *Herm. prodr.* 327. *Burm. zeyl.* 73.
Convolvulus indicus villoſus, hederæ folio tripartito, flore cæruleo. *Herm. lugdb.* 182.
Diwipahuru. *Herm. zeyl.* 65.

RONDELETIA.

80. RONDELETIA foliis petiolatis.
Frutex indicus baccifer, floribus umbellatis, fructu rotundo polyſpermo. *Raj. hiſt.* 1494. *Comm. mal.* 31.

Cupi. *Rheed. mal. 2. p. 37. t. 23.*

Obſ. *Differt a* Rondeletia *Plumieri foliis petiolatis & ſeminibus majoribus paucioribus; ab* Eyrhoea *vero ſtaminibus quinque. Chomelia eodem genere comprehendi poteſt.*

MORINDA.

81. MORINDA erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis confertis.

Anonyma. *Herm. herb. 3. p. 11.*

Deſcr. *Arbor* foliis *Cephalanthi, oppoſitis, lanceolato-ovatis, petiolatis, integerrimis.* Umbella *ſeſſilis ſive pedunculi plures, æquales, ramos obtuſos terminantes, quibus ſingulis capitula aggregata inſident.*

82. MORINDA caule arboreo, pedunculis ſolitariis.

Morinda malabarica, ampliſſimo citri folio. *Vail. act.* 1722. *p.* 202.

Arbor indica fructu aggregato conoide. *Raj. hiſt.* 1442. *Comm. mal. 7.*

Arbor conifera macandou javanenſium. *Bont. jav. 97.*

Coda-pilava. *Rheed. mal. 1. p. 97. t. 52.*

LONICERA.

83. LONICERA pedunculis multifloris, involucris pentaphyllis, foliis ovato-lanceolatis petiolatis.

Viſcus fructibus oblongis rubicundis, floribus oblongis tubuloſis. *Burm. zeyl. 229.*

Periclymenum indicum arboribus innaſcens, florum faſciculis in brevibus pediculis ad caulium nodos. *Raj. dendr. 32.*

Periclymenum indicum, flore flaveſcente. *Tournef. inſt. 514. Comm. mal. 207.*

Periclymenum ſurrectum, perſicæ foliis, maderaſpatanum. *Pluk. alm. 287. t. 212. f. 5.*

Periclymeni flore ſpicato rubro tubuloſo, lauri folio rigido Frutex e maderaſp. *Pet. muſ. 449.*

Itti-

Itticanni. *Rheed. mal. 7. t. 29.*
Pilila. Udhawædnya. *Herm. zeyl. 20.*
Deſcr. *Frutex* ramis *longis, flexuoſis.* Folia *oppoſita, ovato-lanceolata, craſſa, petiolata, integerrima, glabra, venoſa, obtuſiuſcula.* Pedunculi *apex gerit* involucrum *pentaphyllum foliolis lanceolatis, intra quod* flores 3. 4. 5. *ſeſſiles, tubuloſi ore quinquefido, laciniis lanceolatis.* Stamina *quinque:* filamentis *petali laciniis inſertis.* Stylus *capitatus.* Bacca *ſub calyce; ergo Loranthi ſpecies eſt.*

MUSSÆNDA.

84. MUSSÆNDA. *Herm. zeyl. 36.*
Muſſænda zeylanica, flore rubro, fructu oblongo polyſpermo, folio ex florum thyrſo prodeunte albo. *Burm. zeyl. 165. t. 76.*
Muſſænda arbor indica, floribus in ſummis ramulis velut in faſciculos diſpoſitis, e quorum medio folium latum ſingulare flavicans. *Raj. dendr. 126.*
Frutex indicus baccifer, fructu oblongo polyſpermo. *Raj. hiſt. 1492. Comm. mal. 31.*
Belilla. *Rheed. mal. 2. p. 27. t. 18.*
Deſcr. *Arbor* foliis *oppoſitis, ovatis, integerrimis, nervoſis, petiolatis, mollibus.* Corymbi *terminantes, dichotomi, hirſuti.*

MIRABILIS.

85. MIRABILIS. *Hort. cliff. 53.*
Jatapa parvo flore. *Tournef. inſt. 130. Burm. zeyl. 124.*
Solanum mexiocanum, parvo flore. *Bauh. pin. 168.*
Solanum mexiocanum, Jaſminum indicum, flore minore. *Bauh. prodr. 91.*
Sendrikkan. *Herm. zeyl. 67.*

DATURA.

86. DATURA pomis nutantibus globoſis. *Hort. cliff. 55.*

Datura zeylanica violacea. *Herm. zeyl.* 41.
Stramonium zeylanicum. *Burm. zeyl.* 221.
Solanum pomo ſpinoſo rotundo, flore violaceo ſimplici. *Tournef. inſt.* 118.
Hummatu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 47. *t.* 28.
Antenna. *Herm. zeyl.* 69.

RHAMNUS.

87. RHAMNUS pedunculis corymboſis, floribus ſemidigynis, aculeis ſubgeminatis recurvis, foliis ſubſerratis utrinque lævibus.
Arbor ſpinoſa zeylanica, foliis tribus nervis notatis. *Herm. zeyl.* 29.
Deſcr. *Arbor*; Rami *ſubvilloſi.* Folia *alterna, ovata, verſus baſin altero ſive poſtico latere anguſtiora, obtuſiuſcula, glabra, trinervia, tenuiſſime ſubſerrata, petiolata, ſubtus glabra, flaveſcentia.* Corymbi *florum ſolitarii, folio breviores, laterales, juxta petiolum*; aculeus *e regione pedunculi, breviſſimus, niger, recurvus, acutiſſimus, ſæpe duplici acumine, altero infra alterum.*

88. RHAMNUS pedunculis aggregatis ſubſeſſilibus, aculeis ſolitariis recurvis, foliis ſemicordatis ſubtus tomentoſis.
Jujuba aculeata, nervoſis foliis, infra ſericeis flavis. *Burm. zeyl.* 131. *t.* 61. *bona.*
Deſcr. *Arbor.* Folia *dimidiato-cordata ſive folia a latere ſuperiore dimidiato-cordata, a latere poſtico dimidiato-lanceolata, trinervia, nervis ramoſis, ſubtus tomentoſa, glauca, margine latiore vix manifeſte ſerrata, petiolata. In alis ab altero latere plurimi floſculi coacervati, a latere vero petioli poſtico aculeus recurvus.*

89. RHAMNUS pedunculis aggregatis, floribus ſemidigynis, aculeis recurvis, foliis ſubovatis retuſis ſubtus tomentoſis.

Ju-

Jujuba indica ſpinoſa, folio & fructu rotundo. *Pluk. alm* 199. *Raj. dendr.* 44.
Prunus zeylanica ſpinoſa, folio rotundo majore. *Herm. prodr.* 367.
Prunus zeylanica ſpinoſa, foliis & fructibus rotundis. *Herm. lugdb.* 694.
Ilanda. *Herm. zeyl.* 12.
Deſcr. *Arbor* ramis *teretibus*. Foliis *ſubrotundo-ovata, tenuiſſime ſerrata, ſupra glabra, ſubtus tomentoſa, trinervia, baſi altero latere anguſtiore retuſa & ibi profundius crenata, petiolata.* Flores *plurimi ex alis petiolorum propriis pedicellis breviſſimis, quinquefidi, pentandri,* ſtylo *bifido:* aculeus *juxta petiolos minimus, recurvus, alius nullus.*

CHIRONIA.

90. CHIRONIA calycinis foliolis membranaceo-carinatis.
Chironia foliis lanceolatis trinerviis. *Hort. cliff.* 54.
Lyſimachia folio ſinuato acuminato trinervio, flore cæruleo amplo, calyce carinato alato. *Burm. zeyl.* 145. *t.* 67.
Gentiana indica, flore patulo cæruleo, calthæ paluſtris facie, radice tenui fibroſa. *Burm. zeyl.* 104.
Shinitilla *Herm. zeyl.* 33. 53.
Deſcr. Caulis *annuus, herbaceus, quadrangularis, acutus.* Folia *oppoſita, lanceolata, utrinque acuminata, glabra, integerrima, trinervia,* Flores *ex ſummis alis oppoſiti, ſolitarii, pedunculati,* calyce *quinque alis membranaceis diſtincto.* Stylus *declinatus, apice ſurſum recurvus, ſtaminibus longior.*

STRYCHNOS.

91. STRYCHNOS foliis ovatis, caule inermi.
Solanum arboreum indicum maximum, foliis Oenopliæ ſ. Napecæ majoribus, fructu rotundo duro

 rubro,

rubro, ſemine orbiculari compreſſo maximo. *Breyn. prodr. 2. p. 92.*

Malus malabarica, fructu corticoſo amaricante, ſemine plano compreſſo. *Raj. hiſt.* 1661.

Nux vomica officinarum. *Burm. zeyl.* 171. *Bauh. pin.* 511. *Raj. hiſt.* 1814. *Dal. pharm.* 357.

Caniram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 67. *t.* 37.

Ghodhakadura. *Herm. zeyl.* 41.

Pharmac. VOMICA NUX.

CAPSICUM.

92. CAPSICUM annuum. *Hort. cliff.* 59.

Capſicum indicum. *Burm. zeyl.* 53.

Piper indicum vulgatiſſimum. *Bauh. pin.* 132.

Vallia-capo-molago. *Rheed. mal.* 2. *p.* . *t.* 35.

Rathamiris. *Herm. zeyl.* 61.

Pharmac. PIPERIS INDICI *Fructus.*

SOLANUM.

93. SOLANUM calycibus aculeatis, foliis ovatis integerrimis tomentoſis. *Hort. cliff.* 61. *n.* 14.

Melongena fructu rotundo. *Tournef. inſt.* 152. *Burm. zeyl.* 157.

Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Bauh. pin.* 167. *Herm. zeyl.* 37. *Sloan. flor.* 108. *hiſt.* 1. *p.* 237.

Mala inſana. *Dod. pempt.* 458.

Nila-barudena. *Rheed. mal.* 10. *p.* . *t.* 74.

Fockii Fockii. *Bont. jav.* 123. *Raj. hiſt.* 674.

94. SOLANUM caule aculeato hirſuto, foliis angulatis villoſis integerrimis: ſpinis utrinque erectis, calycibus inermibus.

Solanum caule aculeato fruticoſo, foliis ovatis ſinuatis integerrimis, ſpinis utrinque erectis. *Hort. cliff.* 61.

Solanum indicum ſpinoſum, flore borraginis. *Robert. ic.* 28. *Dill. elth.* 362. *t.* 270. *f.* 349. *Raj. hiſt.* 674.

So-

Solanum americanum perenne ſubincanum, fructu pyriformi longiore, ſpinis plurimis armatum. *Pluk. alm.* 350. *t.* 225. *f.* 6.

Solanum indicum ſpinoſum fruteſcens maximum villoſum totum, fructibus croceis. *Burm. zeyl.* 218.

Malabathu. *Herm. zeyl.* 25. 31.

Deſcr. Caulis *hirſutus: ſpinis rectis, confertiſſimis, flavis, apice fuſcis.* Folia *petiolata, angulata, ovata, utrinque hirta & villoſa, aculeis in ipſis foliorum vaſis, erectis, utrinque flavis, apice fuſcis.* Flores *pedunculati;* calyces *una cum pedunculis inermes, hiſpidi. Hinc differt parum a Dilleniana planta, ſed forte ſola cultura.*

95. SOLANUM caule aculeis recurvis, foliis ſinuatis ſubtus tomentoſis utrinque aculeatis, pedunculis aculeatis.

Solanum caule aculeato fruticoſo, foliis oblongis pinnato-laciniatis, ſpinis ſupinis erectis, caulinis (pronis) recurvis. *Hort. cliff.* 61.

Solanum pomiferum fruteſcens africanum ſpinoſum nigricans, borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Herm. lugdb.* 573. *t.* 575. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 521. *f.* 13. *t.* 1. *f.* 15. *Pluk. alm.* 251. *t.* 226. *f.* 5.

Solanum indicum, Pomum de Hiericho dictum, borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Burm. zeyl.* 119.

Tibbuthu. *Herm. zeyl.* 34.

Deſcr. Caulis *vix villoſus:* aculeis *ſparſis diſtantibus, craſſioribus, compreſſis, recurvis, luteis.* Folia *oblonga, ſinuata, ſinubus rotundatis, ſupra glabra, ſubtus tomentoſa, viridia: utrinque aculeis ſubulatis, altioribus, anguſtioribus, erectis, parvis, ramificationibus vaſorum inſidentibus.* Pedunculi *laterales (non ex alis) longi, ramoſi, aculeis rectis armati;* calyces *aculeis adſperſi.*

PHYSALIS.

96. PHYSALIS caule fruticoſo tereti, foliis ovatis integerrimis, floribus confertis. *Hort. cliff.* 62.
Alkekengi fructu parvo verticillato. *Tournef. inſt.* 151.
Alkekengi ſomniferum, cydoniæ folio, flore & fructu rubris. *Burm. zeyl.* 10.
Solanum ſomniferum verticillatum. *Bauh. pin.* 166.
Solanum ſomniferum antiquorum. *Alp. exot.* 71. *t.* 70. *Herm. zeyl.* 58.
Solanum ſomniferum. *Dod. pempt.* 485. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 85.
Pevetti. *Rheed. mal.* 4. *p.* 113. *t.* 55.

97. PHYSALIS annua ramoſiſſima, ramis angulatis glabris, foliis dentato-ſerratis. *Hort. cliff.* 62.
Alkekengi indicum glabrum, chenopodii folio. *Dill. elth.* 13. *t.* 12. *f.* 12.
Solanum veſicarium indicum. *Bauh. pin.* 166.
Solanum veſicarium indicum erectum, folio lævi, annuum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 526. *ſ.* 13. *t.* 3. *f.* 22.
Nalalbathu. *Herm. zeyl.* 2.
β Alkekengi indicum glabrum, capſici folio. *Dill. elth.* 12. *t.* 11. *f.* 11. *Burm. zeyl.* 10.
Nalalbathu. *Herm. zeyl.* 30.
Obſ. Folia *in* α *obtuſe dentata, in* β *vero fere integerrima.*

CEANOTHUS.

98. CEANOTHUS racemis folio brevioribus.
Groſſularia ſpinis vidua, baccis in racemo congeſtis, foliis crenatis ovato-acuminatis. *Burm. zeyl.* 111. *t.* 48.
Arbor zeylanica, foliis ſubrotundis crenatis Wælmindi dicta. *Burm. zeyl.* 26.
Wælmindi. *Herm. zeyl.* 11. 22. 27.

Deſcr.

Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna,* (*Pyri*) *ovata, acuminata, obtuſiuſcula, lævia, venoſa, ſerrata, petiolata, non nervoſa.* Racemi *ex ſingulis petiolorum alis ſæpius duo, parvi, longitudine petiolorum, in quibus* floſculi *pedicellis propriis breviſſimis, plures, qui caduci, uno ſæpe remanente fructifero, hinc racemus a caſu florum denticulatus.* Bacca *magna, tricocca, calyce baſi arcte apprehenſa.* Flos *ut in* CEANOTHO corymbis folio longioribus, *qui* Celaſtrus inermis, foliis ovatis ſerratis trinerviis, racemis ex ſummis alis longiſſimis. Hort. cliff. 73. *ſaccata & fornicata Petala hoc genus abunde diſtinguunt.*

VITIS.

99. VITIS foliis cordatis dentatis ſubtus villoſis, cirrhis racemiferis.

Vitis folio cucurbitæ ſive non ſinuato. *Burm. zeyl.* 230.

Vitis ſylveſtris indica, folio integro, acinis rotundis. *Raj. dendr.* 67.

Malalabu. *Herm. zeyl* 7.

Deſcr. *Magnitudo Vitis vulgaris, tota villis griſeis adſperſa.* Folia *cordata, indiviſa, ſupra fere glabra, ſubtus craſſis vaſis venoſa & villoſa. Ex alis* cirrhus *ſimplex, ex medio cirrhi racemus ſimplex.*

CELOSIA.

100. CELOSIA erecta, foliis oppoſitis linearibus, panicula dichotoma.

Paronychia foliis ad genicula confertis acutis, floribus umbellatis. *Burm. zeyl.* 184. *t.* 65. *f.* 2.

Amaranthus indicus anguſtifolius, ſpica rigida alba. *Burm. zeyl.* 78.

Amaranthus folio tenuiſſimo incano molligini æmulante, umbellatis floribus incarnatis rigidis, zeylanica. *Bocc. muſ.* 44. *t.* 39. *bona.*

Polygonum ſericeum ramoſius indicum, foliolis galii inſtar caulem cingentibus. *Pluk. mant.* 154.

Elichryſo affinis herba indica polygonoides ramoſior, foliolis caulium nodos radiatim ambientibus, coma paleacea flore albo lituris aureis ſtriato. *Pluk. alm.* 134. *t.* 8. *f.* 6.

Gramen pratenſe, galii folio, umbella alba florida amaranthoide. *Herm. zeyl.* 42.

Kirihænda. *Herm. zeyl.* 29. 66.

Deſcr. *Herba pedalis.* Caulis *teres, articulatus.* Folia *oppoſita, linearia: ſtipulis paleaceis; foliola plurima ex ſingulis alis in faſciculum digeſta, forte futurorum ramulorum rudimenta; minime autem verticillata ſunt folia, ut in Galio.* Panicula *dichotoma caulem terminat.* Flores *Celoſiæ;* capſula *trivalvis.*

101. CELOSIA foliis cuneiformibus acutiuſculis, ſpicis globoſis lateralibus.

Amaranthoides indicum nodiflorum, capitulis ex albo virideſcentibus. *Burm. zeyl.* 16. *t.* 5. *f.* 2.

Amaranthoides indicum globoſum ad caulium nodos floridum, foliis ſolitariis, ſummo apice barbatis. *Pluk. alm.* 27. *t.* 133 *f.* 2.

Amaranthus zeylanicus maximus humilis Kumathya zeylonenſibus. *Burm. zeyl.* 18.

Amaranthus indicus minor, folio ſubrotundo. *Burm. zeyl.* 17.

Kumathya. *Herm. zeyl.* 1.

Kathutampala. *Herm. zeyl.* 33.

Deſcr. *Herba* caulibus *angulatis, ſulcatis, lævibus.* Folia *(Portulacæ) obverſe ovata, cuneiformia, obtuſa cum acumine, integerrima, glabra, ſubpetiolata.* Spicæ *ſubgloboſæ, laterales, ſolitariæ, pedunculatæ, pedunculo communiter folio breviore.*

102. CELOSIA foliis lanceolatis tomentoſis obtuſis, ſpicis confertis, ſtaminibus lanatis.

Amaranthi ſpecies, foliis halini maritimi noſtratis. *Herm. zeyl.* 8. *Burm. zeyl.* 18.

Deſcr.

Deſcr. *Facies Halimi foliis lanceolatis, ſed tota planta tomentoſo-incana.* Rami *lignoſi.* Folia *alterna, lanceolata, obtuſiuſcula, tomentoſa, ſubſeſſilia.* Racemi *terminantes ex* ſpiculis *ſeſſilibus, tomentoſis, ovatis, alternis.*

ACHYRANTHES.

103. ACHYRANTHES floribus externe lanatis interrupte ſpicatis.

Blitum ſcandens, fructu lappaceo. *Burm. zeyl.* 47. *t.* 18. *f.* 1. *bona.*

Xanthium malabaricum, capitulis lanuginoſis. *Pet. cent.* 1.

Centaurium ciliare minus, circææ foliis firmioribus, ſpicatis floribus. *Pluk. alm.* 93. *t.* 82. *f.* 2.

Betæ folio malabarica, ſemine lappaceo. *Comm. mal.* 15.

Karalhæbo. *Herm. zeyl.* 1.

Wellia-Codiveli. *Rheed. mal.* 10. *p.* . *t.* 59. *Raj. app.* 110.

Deſcr. *Planta alta.* Caules *quadranguli, obtuſi, inermes.* Folia *oppoſita, lanceolato-ovata, utrinque acuta, integerrima.* Rami *ex alis, ſtrictiſſimi, longi, terminati* ſpica *longiſſima, interrupta, decidentibus ſenſim inferioribus floribus, relictis bracteis reflexis, quæ tamen ſpinæ non ſunt; hinc capitula ſparſa, ſeſſilia.* Calyces *externe lanati.* Stigma *ſimplex;* fructus *nobis ignotus.*

104. ACHYRANTHES caule erecto, ſpicis ovatis lateralibus, calycibus lanatis.

Herniaria malabarica major. *Pet. muſ.* 793. *Raj. app.* 132. *Comm. mal.* 35.

Chenopodium incanum racemoſum, folio majori oppoſito. *Burm. zeyl.* 60. *t.* 26. *f.* 1.

Amaranthus indicus verticillatus albus, foliis lanugine incanis. *Plum. alm.* 27 *t.* 75. *f.* 8.

Scherabula. *Rheed. ma* . 10. *p.* 57. *t.* 29.

Pol-

Potkudupala. *Herm zeyl.* 2. 33.

Deſcr. Caulis *teres, cinereus.* Folia (*Vulvariæ*) *ovata, viridia, avenia, integerrima, petiolata, alterna.* Spicæ *ovatæ, plures, parvæ, axillares, ſeſſiles, villoſæ, albæ.* Semina *atra, nitida.*

105. ACHYRANTHES caule erecto (*Hort. cliff.* 42.) floribus reflexis ſpicæ adpreſſis.

β Amaranthus ſpicatus zeylanicus, foliis obtuſis, amarantho ſiculo Boccone ſimilis. *Burm. zeyl.* 16. *t.* 5. *f.* 3. *bona.*

Amaranthus ſpicatus aureus zeylanicus. *Herm. zeyl.* 30. *Burm. zeyl.* 18.

Amaranthus ſpicatus, dictamni cretici folio, maderaſpatenſis. *Pluk. alm.* 26. *t.* 60. *f.* 4.

Stachyarpagophora origani folio. *Vaill. act.* 1722. *p.* 279.

Kuralhæbo. *Herm. zeyl.* 20. 27.

Obſ. *Habeo hanc plantam pro ſola varietate* Achyranthis caule erecto. Hort. cliff. 42. *ſeu* amaranthi ſiculi ſpicati Bocconis, *quamvis differat foliis utrinque glabris, nec ut Bocconis ſubtus villoſis; dein folia in noſtra obverſe ovata, licet acuta, eum Bocconis exacte ovata acuta; ſed facies, ſpica, ſtatura, floſculi, reliqua omnia eadem.*

* XYLON videatur in *Polyandria Monandra.*

CERBERA.

106. CERBERA foliorum nervis transverſalibus.

Manghas lacteſcens, foliis nerii craſſis venoſis, jaſmini flore, fructu perſici ſimili venenato. *Burm. zeyl.* 151. *t.* 70. *f.* 1.

Manghas ſylveſtris lacteſcens venenata, jaſmini flore & odore. *Herm. prodr.* 351.

Manghas fructu venenato. *Bauh. pin.* 440.

Mangha fructu venenato, oſſiculo cordiformi nucleo gemino. *Raj. hiſt.* 1552.

Odol-

Odollam. *Rheed. mal.* 1 *p.* 71. *t.* 39. *an?*
Ghonkaduru. *Herm. zeyl.* 32. 49. 68.
Deſcr. *Arbor ramis dichotomis.* Folia *lanceolata, latiuſcula, lævia, craſſa, integerrima, petiolata, nervis transverſis alternis.* Pedunculi *ex divaricationibus, ramoſi, multiflori.* Calycis *folia ovata, nec oblonga. Nectarium nullum corollæ, hinc vel inſida figura Rheedi, vel diverſa planta Odollam.* Hinc & *Thevetia cum hoc genere jungi poteſt.*

NERIUM.

107. NERIUM foliis ovatis acuminatis petiolatis.
Nerium indicum, ſiliquis anguſtis erectis longis geminis. *Burm. zeyl.* 167.
Apocynum erectum malabaricum fruteſcens, jaſmini flore candido. *Herm. parad.* 44.
Apocynum fruteſcens zeylanicum, jaſmini flore & odore, Wallida zeylonenſibus. *Raj. app.* 538.
Codaga-pala. *Rheed. mal.* 1. *p.* 85. *t.* 48.

108. NERIUM foliis ternis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 76.
Nerium floribus rubeſcentibus. *Bauh. pin.* 464.
Nerium anguſtifolium indicum, flore rubro odorato ſimplici. *Herm. zeyl.* 34.
Rhododendron. *Dod. pempt.* 851.
Oleander ſive Laurus roſea. *Lob. ic.* 364.
β Nerium indicum anguſtifolium, floribus odoratis ſimplicibus. *Herm. lugdb.* 447 *t.* 448.
Nerium anguſtifolium, flore rubente odorato roſeo. *Herm. zeyl.* 33. *Burm. zeyl.* 166.
Belutta-areli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 3. *t.* 2.
γ Nerium indicum latifolium, floribus odoratis plenis. *Herm. lugdb.* 447. *t.* 449.
Nerium zeylanicum, floribus roſeis amplis plenis. *Herm. zeyl.* 46. *Burm. zeyl.* 167.

Ne-

Nerium indicum latifolium, flore variegato odorato pleno. *Comm. hort.* 1. *p.* 45. *t.* 23.

Tſiovanna-areli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 1. *t.* 1.

Obſ. Folia *anguſto-lanceolata, petiolata, craſſa, terna. Vulgaris in hortis.*

109. NERIUM foliis lanceolato-ovatis, ramis divaricatis.

Apocynum zeylanicum indicum fruteſcens, nerii flore candidiſſimo. *Herm. parad.* 40. *deſcr.*

Apocynum indicum ſylveſtre inodorum ſiliquoſum, ſeminibus pappoſis, floribus albis amplis. *Burm. zeyl.* 25.

Idda. Iddaghas. *Herm. zeyl.* 2. 47.

Deſcr. *Arbuſcula* ramis *craſſis rugoſis.* Folia *oppoſita, lanceolato-ovata, utrinque acuminata, glabra, integerrima, petiolata.* Pedunculi *e ramificationibus caulis ferentes aliquot flores albos.*

CEROPEGIA.

110. CEROPEGIA pedunculis bifloris.

Deſcr. Caulis *volubilis.* Folia *oppoſita, ovata, integerrima.* Pedunculi *ex alis, ſæpius biflori.* Flores *pedunculo oppoſiti, non reflexi, ſed recta extenſi. Hinc diverſa a* Ceropegia umbellis pendulis, floribus erectis, *quæ* Nicota-modemvalli. Rheed. mal. 9. p. 27. t. 16.

DIGYNIA.

ASCLEPIAS.

111. ASCLEPIAS caule erecto ſimplici herbaceo, foliis ovatis acuminatis, corymbis oppoſitis longitudine petiolorum.

Apocynum indicum, aſclepiadis facie, eſculentum. *Burm. zeyl.* 24.

Ku-

Kuriaghuna. Kirianghuna. *Herm. zeyl.* 17.
Deſcr. *Herba Vincetoxico officinarum, ut vix diſtingui queat, ſimilis; differt tamen foliis minus cordatis, corymbis compoſitis & vix petiolo longioribus, cum in Vincetoxico longitudine foliorum ſint.*

112. ASCLEPIAS foliis oblongo-ovalibus amplexicaulibus.
Apocynum indicum maximum, floribus amplis janthinis obſoletis. *Burm. zeyl.* 24.
Apocynum erectum incanum malabaricum, floribus ex albo ſuaverubentibus. *Herm. parad.* 28.
Apocynum erectum majus latifolium indicum, flore concavo amplo carneo ſuave purpuraſcente. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 14. *Pluk. alm.* 35. *t.* 175. *f.* 3.
Beid el oſſar. *Alp. ægypt.* 85. *t.* 86.
Ericu americana. *Seb. theſ.* 2. *p.* 41. *t.* 26. *f.* 1.
Ericu. *Rheed. mal.* 2. *p.* . *t.* 31.
Waraghaha. Weraghaha. *Herm. zeyl.* 34.
Deſcr. Caulis *herbaceus.* Folia *glabra, oblonga, ſubovalia, ſubſeſſilia, integerrima, oppoſita, ſemiamplexicaulia.* Pedunculi *ſolitarii, alterni, ex alis, umbelliferi.*

PERIPLOCA.

113. PERIPLOCA foliis ovatis acutis glabris, ſpicis imbricatis.
Periploca foliis anguſtis acutis glabris. *Burm. zeyl.* 187. *t.* 83. *f.* 1.
An Periplocæ aut Apocyni ſpecies. *Herm. zeyl.* 37?
Deſcr. Caulis *volubilis, teres.* Folia *ovata, glabra, oppoſita, integerrima, petiolis breviſſimis inſidentia; ex alis ſpicæ ſimplices ſquamis acutis imbricatæ, inter ſingulas ſquamas.* Corolla *campanulato-patens, quinque-partita, ad ſinus interne inſtructa margine erecto emarginato.* Stamina *quinque.* Piſtilla *duo.*

APO-

APOCYNUM.

114. APOCYNUM fruteſcens, foliis lanceolato-ovalibus, corollis acutis fauce villoſis.

Apocynum floribus faſciculatis. *Burm. zeyl.* 23. *t.* 12. *f.* 1.

Apocyni facie fruteſcens zeylanica. *Raj. app.* 538.

Pſeudo-apocynum arboreſcens erectum non lanigerum lacte dulci prægnans, obtuſis integris foliis zeylanicum Kirindiwall Hermanni. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 612.

Manyle zeylanica, folio lucido venoſo in acumen producto, Kirindiwæl zeylanenſibus. *Raj. dendr.* 116.

Kiridiwæl. *Herm. zeyl.* 71.

Deſcr. *Frutex.* Folia *oppoſita, petiolata, glabra, ovalia, utrinque acuta, integerrima.* Pedunculi *ex alis, oppoſiti, oppoſite ramoſi.* Corollæ *infundibuliformes, limbo magno, laciniis quinque, acuminatis, planis, umbilico villis clauſo.*

GOMPHRENA.

115. GOMPHRENA caule recto, foliis ovato-lanceolatis, capitulis ſolitariis, pedunculis diphyllis. *Hort. cliff.* 86.

Coraxeron ocymaſtrifolium, capitulis majoribus purpureis. *Vaill. act.* 1722. *p.* 263.

Amaranthoides indicum, foliis ocymaſtri, capitulis purpureis. *Herm. parad.* 14.

Amaranthoides lychnidis folio, capitulis purpureis. *Tournef. inſt.* 654. *Plum. ſpec.* 20. *Burm. zeyl.* 15.

Amarantho adfinis indiæ orientalis, floribus conglomeratis, ocymaſtri folio. *Breyn. cent.* 109. *t.* 51. *Comm. hort.* 1. *p.* 85. *t.* 45.

Gnaphalio adfinis, ocymaſtri folio, flore ex purpura violaceo. *Herm. lugdb.* 294.

Wadapu. *Rheed. mal.* 10. *p.* 73. *t.* 73.

Wa-

Wadambu. *Herm. zeyl.* 8. 27. 59:62.
Nota. *Frequens hodie in hortis Europæis.*

116. GOMPHRENA caule repente, foliis lanceolatis, capitulis ſeſſilibus axillaribus.
Amaranthus humilis, foliis oppoſitis, floſculis ex alis glomeratis. *Burm. zeyl.* 17. *t.* 4 *f.* 2.
Amaranthoides humile maderaſpatanum, capitulis candicantibus, folio molli. *Pluk. alm.* 27. *t.* 133. *f.* 1. (*an?*)
Perſicariæ folio repens malabarica, flore globoſo albeſcente. *Comm. mal.* 53.
Coluppa. *Rheed. mal.* 10. *p.* 21.
Mughunuwænna. *Herm. zeyl.* 14. 27.
Deſcr. Caules *diffuſi, procumbentes, ad genicula radiculas emittentes, angulati, glabri*; Folia *lanceolata, lævia, glabra, integerrima, ſubſeſſilia*; rami *ex alis alternis ſolitarii, longiuſculi*; Spica *ovata, ſeſſilis in eadem ala cum ramo, vel in dichotomia caulis, vel ex alternis alis foliorum; adeoque ſpicæ nunquam oppoſitæ, ſed alternæ.*

NAMA.

117. NAMA.
Anagallis zeylonica aquatica, foliis longis alternis. *Herm. zeyl.* 36. *Burm. zeyl.* 19.
Alſine veronicæ affinis, gratiolæ foliis, maderaſpatana. *Pluk. alm.* 22. *t.* 130. *f.* 2. *Raj. app.* 498.
Deſcr. Caulis *herbaceus, ſemipedalis, lævis, erectus, ramoſus.* Folia *lanceolata, alterna, petiolata, glabra, integerrima, patentia.* Racemi *erecti, ex alis ſingulis foliorum ſinguli, ſimplices, erecti, longitudine foliorum.* Flores *alterni, pedicellis longitudine florum.*

HYDROCOTYLE.

118. HYDROCOTYLE foliis reniformibus crenatis. *Hort. cliff.* 88.

Hydrocotyle zeylanica, aſari folio. *Tourneſ. inſt.* 328. *Burm. zeyl.* 122.
Valerianella zeylanica paluſtris repens, hederæ terreſtris folio. *Herm. parad.* 238. *t.* 238.
Aſarina zeylanica minor. *Herm. prodr.* 315.
Ranunculo adfinis, umbelliferis accedens, chelidonii minoris folio, zeylanica minor. *Pluk. phyt.* 106. *f.* 2.
Codagam. *Rheed. mal.* 10. *p.* 91. *t.* 46.

TRIGYNIA.

BASELLA.

119. BASELLA. *Rheed. mal.* 7. *p.* 45. *t.* 24. *Raj. app.* 358. *Burm. zeyl.* 44.
Cuſcuta foliis ſubcordatis. *Hort. cliff.* 39.
Beta baccifera aizoides rotundifolia zeylanica. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 23.
Solanum ſcandens malabaricum, betæ folio. *Comm. mal.* 63.
Solanum tinctorium zeylanicum minus. *Herm. par. app.* 12.
Bintal. *Herm. zeyl.* 68.

PENTANDRIA.

DROSERA.

120. DROSERA ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. *Flor. lapp.* 109. *Flor. ſuec.* 257. *Roy. lugdb.* 417. *Gron. virg.* 35.
Ros ſolis folio rotundo. *Bauh. pin.* 357.
Ros ſolis foliis circa radicem in orbem diſpoſitis. *Burm. zeyl.* 207. *t.* 94. *f.* 2.
Wathæſſa. *Herm. zeyl.* 18.

Obſ.

Obſ. *Non video, quod hæc ab Europæa diſtingui queat.* Folia *enim radicalia orbiculata, petiolata*; ſcapus *nudus*; ſpica *ſecunda. Adeoque habitat in Aſia, Africa, America, Europa.*

121. DROSERA caule ramoſo folioſo, foliis linearibus.

Ros ſolis ramoſus, caule folioſo. *Burm. zeyl.* 207. *t.* 94. *f.* 1.

Alſine myriophylli folio, flore carneo. *Comm. mal.* 10.

Araca-puda. *Rheed. mal.* 10. *p.* . *t.* 20.

Kandulæſſa. *Herm. zeyl.* 63.

Obſ. Caulis *herbaceus, parum ramoſus.* Folia *linearia, alterna, petiolata*; pedunculi *ex alis floribus duobus tribusve.*

Claſſis VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

GLORIOSA.

122. GLORIOSA. *Hort. cliff.* 121.

Methonica glorioſa, foliis capreolatis, floribus fimbriatis reflexis. *Burm. zeyl.* 158.

Methonica malabarorum. *Herm. lugdb.* 688. *t.* 689. *Comm. mal.* 44. *Tournef. act.* 1706. *p.* 350.

Methonica malabarorum, Nienghala zeylanenſium. *Pluk. alm.* 249. *t.* 116. *f.* 3. *Raj. hiſt.* 1915.

Lilium zeylanicum ſuperbum. *Comm. hort.* 1. *p.* 69. *t.* 35.

Mendoni. *Rheed. mal.* 7. *p.* 107. *t.* 57.

Najajala. Nyaghala. *Herm. zeyl.* 28. 34.

Deſcr. Radix *carnoſa*, *ſimplex*, *ad angulum rectum flexa*. Folia *alterna*, *lanceolata*, *in cirrhos deſinentia*. Flores *axillares*, *ſolitarii*, *pedunculati*, *magni*: petiolis *lanceolatis*, *undulatis*, *reflexis*, *pulcherrimis*. *Vere glorioſus flos.*

ASPARAGUS.

123. ASPARAGUS foliis enſiformibus falcatis, caule aculeato.

Aſparagus foliis falcatis ex uno puncto numeroſis. *Burm. zeyl.* 36. *t.* 13. *f.* 2.

Aſparagus foliis falcatis zeylanicus. *Raj. app.* 359.

Corruda guineenſis foliis aduncis. *Pet. muſ.* 169.

Hatawarya. *Herm. zeyl.* 2. 27.

Deſcr. Caulis *teres*, *ramoſus*. Folia *linearia ſive enſiformia*, *acuta*, *baſi anguſta*, *falcato-curva*, *glabra*. *Ad exortum foliorum Aculeus parvus*, *recurvus*. Racemi *axillares*, *breves*, *ſimplices*.

124. ASPARAGUS foliis ſolitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoſo, aculeis recurvis.

Aſparagus aculeatus zeylanicus maximus ſarmentoſus. *Herm. lugdb.* 62. *t.* 63. 650. *Burm. zeyl.* 37. *Raj. hiſt.* 1877.

Deſcr. Radix *tuberoſa*. Caulis *flexuoſus*. Folia *lineari-lanceolata*, *ſolitaria*, aculei *ad axillas ſolitarii.*

POLIANTHES.

125. POLIANTHES floribus alternis. *Hort. cliff.* 127.

Hyacinthus indicus tuberoſus, flore hyacinthi orientalis. *Bauh. pin.* 47. *Tournef. inſt.* 347.

Hyacinthus indicus tuberoſus noctu olens. *Burm. zeyl.* 122.

Hyacinthus indicus, tuberoſa radice. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 176. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 326. *ſ.* 4. *t.* 12. *f.* 22.

Hya-

Hyacinthus major indicus, tuberoſa radice. *Swert. floril. t.* 14.
Sandalmalam. *Herm. zeyl.* 35.
Obſ. *Planta hodie in Hortis vulgatiſſima.*

PANCRATIUM.

126. PANCRATIUM ſpatha uniflora, petalis reflexis.
Lilio-Narciſſus indicus, flore albo hexagono. *Pluk. alm.* 220. *Burm. zeyl.* 142.
Narciſſus zeylanicus, flore albo hexagono odorato. *Herm. lugdb.* 691. *t.* 693. *Raj. hiſt.* 1904. *Comm. hort.* 1. *p.* 75. *t.* 38. *Comm. mal.* 46.
Catulli-pola. *Rheed. mal.* 11. *p.* . *t.* 40.
Walluna, Lunala, Luna. *Herm. zeyl.* 61.

CRINUM.

127. CRINUM foliis carinatis.
Lilio-Narciſſus maximus zeylanicus, floribus albis umbellatis. *Pluk. alm.* 219. *Burm. zeyl.* 142.
Lilium zeylanicum bulbiferum & umbelliferum. *Herm. lugdb.* 682. *t.* 683. *Raj. hiſt.* 1905. *Comm. mal.* 41.
Belutta-pola-talis. *Rheed. mal.* 11. *p.* . *t.* 38.
Tanghekolli. Tolabo minor. Waltolabo. *Herm. zeyl.* 55.

BURMANNIA.

128. BURMANNIA ſpica gemina. *Burm. zeyl.* 50. *t.* 20. *f.* 1.
Burmannia ſpica duplici. *Hort. cliff.* 128. *Roy. lugdb.* 125.
Planta zeylanica aquatica, lata & brevi gramineo folio, floribus cæruleis minimis, capſulis ventricoſis. *Raj. app.* 559.
Jawæl. Dyajawul. *Herm. zeyl.* 7. 30. 52.

Deſcr. *Planta in locis apricis, irriguis, facie antherici.* Folia *graminea ſive enſiformia, radicalia, plurima.* Caulis *erectus, ſemipedalis, ſimpliciſſimus: foliis alternis, minimis.* Spicæ *duæ, æquales, terminatrices, ſimpliciſſimæ, divaricatæ.* Flores *ſeſſiles, erecti a latere ſuperiore ſpicæ in ſpicam ſecundam.*

PONTEDERIA.

129. PONTEDERIA floribus umbellatis.
Sagittaria zeylanica, foliis ex medio caulis prodeuntibus. *Burm. zeyl.* 208.
Sagittariæ quodammodo ſimilis planta maderaſpatana, floribus medio caule quaſi ex utriculo prorumpentibus. *Pluk. alm.* 326. *t.* 220. *f.* 8. *Moriſ. hiſt.* 3 *p.* 618. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 7.
Carimgola. *Rheed mal.* 11. *p.* 91. *t.* 44.
Sabara ſive Dyahabarala. *Herm. zeyl.* 24. 71.
Deſcr. Caulis *ſimpliciſſimus, herbaceus, terminatus* Folio *ſagittato, haſtato aut cordato vel his intermedio; ubi petiolus folii incipit, prodit e rima foliolum lanceolatum, & ex hoc umbellula ſeſſilis.*

ALOE.

130. ALOë foliis lanceolatis planis erectis radicatis. *Hort. cliff.* 132.
Aloë pumila zeylanica ſerpentaria. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 12.
Aloë zeylanica pumila, foliis variegatis. *Comm. hort.* 2. *p.* 41. *t.* 21. *Pluk. alm.* 19. *t.* 256. *f.* 5. *Burm. zeyl.* 11.

BROMELIA.

131. BROMELIA foliis margine dorſoque aculeatis, caule fulcrato ſpinoſo.
Ananas ſylveſtris arboreſcens acoſtæ. *Burm. zeyl.* 20.

Ana-

Ananas ſylveſtris, folio aloes, fructu cupreſſino. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 96.
Carduus braſilianus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 384.
Palmæ adfinis arbor conifera moſcatenſis, longiſſimo folio tribus ordinibus ſpinarum munito. *Pluk. alm.* 277.
Frutex indicus, fructu aggregato conoide Kaida dictus. *Raj. hiſt.* 1442.
Kaidi. *Rheed. mal.* 2. *p.* 1. *t.* 1. 2. 3. 4. 5.
Wæthakya. *Herm. zeyl.* 55.

ACORUS.

132. ACORUS aſiaticus, radice tenuiore. *Herm. lugdb.* 9. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 246. *Burm. zeyl.* 6. *Raj. hiſt.* 1910.
Calamus aromaticus. *Garz. quart.* 288. *t.* 289.
Vaëmbu. *Rheed. mal.* 11. *p.* 99. *t.* 60.
Vazabu. Vaſumbo. *Herm. zeyl.* 56.
Pharmac. ACORI VERI *Radix.*
Deſcr. *Vix differt ab* ACORO Europæo, *niſi quod omnibus partibus tenerior & anguſtior ſit & ſimul calidior.*

FLAGELLARIA.

133. FLAGELLARIA.
Lithoſpermum indicum arundinaceum, foliis gramineis in capreolos deſinentibus. *Herm zeyl.* 30.
Lacryma jobi gramineis foliis in capreolos deſinentibus. *Burm. zeyl.* 138.
Arundo ſarmentoſa indica baccifera, foliis in extremo capreolatis. *Burm. zeyl.* 35.
Frutex indicus ſcandens, foliis mendoni inſtar in capreolum deſinentibus, fructu parvo coronato. *Pluk. amalth.* 101.
Panambu-valli. *Rheed. mal.* 7. *p.* . *t.* 53. *Raj. app.* 573.
Ghoigiwæl. *Herm. zeyl.* 6.

Deſcr. Ramus *arundinaceus*. Folia *arundinacea, baſi vaginantia & tegentia ramum, alterna, apice in filum ſpiralem deſinentia more Glorioſæ. Ramum terminat panicula parva.* Calyces *hexaphylli foliolis ovatis, exterioribus acutioribus.* Stamina *ſex.* Piſtillum *unicum,* ſtylo *trifido. Flos adeoque Junci.*

Claſſis VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

LAWSONIA.

134. LAWSONIA ramis ſpinoſis.
Rhamnus malabaricus, fructu racemoſo calyculato. *Raj. hiſt.* 1573. *Comm. mal.* 58.
Rhamnus malabaricus Mail-anſchi dictus e maderaſpatan. *Pluk. alm.* 318. *t.* 220. *f.* 1.
Alcannæ ſpecies zeylonica. *Burm. zeyl.* 9.
Mail-anſchi. *Rheed. mal.* 1. *p.* 73. *t.* 40.
Manithondi. *Herm. zeyl.* 6.

135. LAWSONIA ramis inermibus.
Liguſtrum indicum ſive Alcanna. *Burm. zeyl.* 142.
Liguſtri ſpecies 2. Alcanna dicta. *Bont. jav.* 143.
Liguſtrum ægyptiacum latifolium (& anguſtifolium) *Bauh. pin.* 476.
Liguſtrum ægyptiacum Elhanne ſ. Tamaharendi vel Alcanna avicennæ. *Alp. ægypt.* 47.
Liguſtrum orientale ſive Cyprus dioſcoridis & plinii. *Raj. hiſt.* 1603.
Cyprus græcorum, Alcanna & Henna arabum, nunc græcis Schenna. *Rauw. itin.*

Bac-

Baccifera indica, baccis oblongis in umbellæ formam diſpoſitis. *Raj. hiſt.* 1634. *Comm. mal.* 12.
Alhenna ſive Henna arabum. *Walt. hort.* 3. *t.* 4.
Alhenna arabum. *Schaw. cat.* 17.
Alcanna. *Dal. pharm.* 347.
Pontaletſce. *Rheed. mal.* 4. *p.* 117. *t.* 57.
Manithondi. *Herm. zeyl.* 65.
Pharmac. ALCANNÆ *Folia*, *Flores*.

MEMECYLON.

136. MEMECYLON foliis ovatis.
Cornus ſylveſtris, foliis croceum colorem tingentibus, floſculis ad foliorum alas globoſis. *Burm. zeyl.* 76. *t.* 30.
Walikaha ſeu Wælikaha. *Herm. zeyl.* 4. 7.
Deſcr. *Arbor* ramulis *teretibus*. Folia *ovata*, *glabra*, *oppoſita*, *integerrima*, *obtuſiuſcula*, *petiolis breviſſimis*. Pedunculi *axillares*, *oppoſiti*, *ſolitarii*, *breves*, *capitulo florum terminati*. Calyx *campanulatus*, *integerrimus*. Stamina *octo*. *Adfinis Vaccinii*, *licet facies diverſa*. *an* PHILLYREASTRUM Vaill. act. 1722. p. 283. *huic generi affine?*

MIMUSOPS.

137. MIMUSOPS foliis confertis.
Kauken indorum. *Burm. zeyl.* 133.
Munamal. Munghunamal. *Herm. zeyl.* 23.
Deſcr. *Arbor* ramis *craſſioribus*, *cicatricibus parvis undique adſperſis*. Folia *ad ramorum fines tantum*, *eaque conferta*. *Flores ſequentis*. *Si hæc planta ſit ſequentis tantummodo varietas*, *ea certe maxime inſignis eſt*.

138. MIMUSOPS foliis alternis remotis.
Prunus malabarica, fructu calyculato. *Raj. hiſt.* 1564.
Arbor zeylanica, floribus odoratis faciem humanam quodammodo referentibus. *Burm. zeyl.* 27.

Arbor pallidioribus foliis, fructu conoide ex magno calyce emergente. *Pluk. mant.* 21.

Arbor Kauki indorum, floribus odoratis. *Breyn. cent.* 20. *t.* 8. *Raj. app.* 665.

Kauki indorum. *Pluk. alm.* 203.

Elengi. *Rheed. mal.* 1. *p.* 34. *t.* 20.

Munamal, Munghunamal. *Herm. zeyl.* 39.

Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, petiolata, ovalia, acuta, integerrima, glabra.* Flores *axillares, pedunculis plurimis, ſimplicibus.* Calyces *tomentoſi.*

JAMBOLIFERA.

139. JAMBOLIFERA.

Prunus indica, fructu nigro. *Burm. zeyl.* 197.

Jambolones. *Bauh. pin.* 466.

Jambolons. *Acoſt. aromat.* 299.

Madan. *Herm. zeyl.* 8.

Deſcr. *Arbor.* Ramis *rectis, obtuſis, teretibus, cinereis.* Folia *oppoſita, ovata, glabra, integerrima, petiolata.* Pedunculi *axillares, oppoſiti, trichotomi (partialibus trifloris), reſtantes ſæpe in arbore a caſu fructuum, infra folia in ramis perſiſtentes.*

ALLOPHYLUS.

140. ALLOPHYLUS.

Deſcr. *Arbor zeylanica Perſeæ facie.* Rami *teretes.* Folia *ovalia, acuminata, ſpithamæa, integerrima, glabra, venoſa, alterna, petiolata.* Racemi *ex alis, parvi, breviſſimi.*

DODONÆA.

141. DODONÆA. *Hort. cliff.* 144.

Triopteris Æleagni foliis viſcoſis læte virentibus, americana. *Pluk. mant.* 185.

Staphylodendron foliis lauri anguſtis. *Pluk. ſpec.* 18.

Carpino ſive Oſtryæ adfinis, anguſto folio non ſerrato, zeylanica. *Herm. prodr.* 360.

Ca-

Carpinus forte viſcoſa, ſalicis folio integro oblongo. *Burm. zeyl. 55. t. 23.*

Arbor foliis rotundis ſubtus incanis trinerviis, floſculis parvis ad foliorum exortus. *Herm. zeyl.* 31. *Burm. zeyl.* 29.

Arbuſcula viſcoſa, æleagni foliis læte virentibus, americana tricoccos. *Pluk. phyt.* 141.

Acer minus, fructu orbiculari, ſalicis folio, zeylanicum ſive foliis & fructibus minoribus. *Breyn. prodr. 2. p. 8.*

Wærellaghas. *Herm. zeyl.* 32.

Deſcr. *Arbor* ramulis *cicatricibus petiolorum inæqualibus.* Folia *in ramulis ultimis alterna ſive ſparſa, lanceolata, in petiolos deſinentia, obtuſiuſcula, integerrima, viſcoſa.* Corymbi *capillares, ramos terminantes.* Fructus *ulmi, ſed triplici ala, triloculares, ſeminibus ſolitariis.*

TRIGYNIA.

CARDIOSPERMUM.

142. CARDIOSPERMUM. *Hort. cliff.* 150.

Veſicaria. *Riv. tetrap.* 144.

Halicacabus perennis. *Dod. pempt.* 455.

Corindum ampliore folio, fructu majore. *Tournef. inſt.* 431. *Burm. zeyl.* 76.

Piſum veſicarium, fructu nigro alba macula notato. *Bauh. pin.* 343.

Ulinia. *Rheed. mal. 8 p. 53. t. 28.*

Mahapenala. *Herm. zeyl.* 42.

β Corindum ſive Halicacabum peregrinum minus. *Herm. lugdb.* 190. *Burm. zeyl* 75.

Corindum folio & fructu minore. *Tournef. inſt.* 431.

Penala. *Herm. zeyl.* 5.

PAUL-

PAULLINIA.

143. PAULLINIA foliis ternatis, caule aculeato, cirrhis nullis.

Chamælæa trifolia aculeata, floribus ſpicatis. *Burm. zeyl.* 58. *t.* 24.

Chamælæa trifolia ſpinoſa malabarica. *Pet. muſ.* 8.

Frutex baccifer indicus ſpinoſus trifolius, floribus ſpicatis, fructu pleno rotundo tricocco. *Raj. hiſt.* 1612. *Pluk. alm.* 202. *t.* 95. *f.* 5. *Comm. mal.* 30.

Kaka-toddaly. *Rheed. mal.* 5. *p.* 81. *t.* 41.

Kudhumiris. *Herm. zeyl.* 22. 36.

Obſ. *Flores ſiccos examinare non licuit, ex facie itaque ſciat Lector me plantam ad Paullinias retuliſſe.*

Deſcr. *Frutex* ramis *teretibus.* Folia *alterna, ternata, petiolata; foliolis ſubſeſſilibus, lanceolato-ovatis, obtuſiuſculis, crenatis;* racemi *erecti ex alis.* Aculei *ſparſi, recurvi, apice nigricantes in caule, petiolis, ramis.* Fructus *tricoccus, trilocularis.*

POLYGYNIA.

MICHELIA.

144. MICHELIA.

Uvifera arbor orientalis, folio oblongo. *Herm. prodr.* 385. *Pluk. alm.* 394. *Comm. flor.* 70.

Arbor procera Hapughaha dicta, floribus oblongis luteis odoratis. *Burm. zeyl.* 31.

Tſiampacca indorum ſive arbor uvifera indica, foliis lauri americanæ. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 101.

Zampacca in Luzone. *Raj. camell.* 83.

Champacam. *Rheed. mal.* 1. *p.* 31. *t.* 19. *Raj. hiſt.* 1641.

Hapughaha. *Herm. zeyl.* 64.

Claſſis

Claſſis IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

LAURUS.

145. LAURUS foliis ovato-oblongis trinerviis: baſi nervos unientibus.

Laurus foliis oblongo-ovatis trinerviis nitidis planis. *Hort. cliff.* 154.

Cinnamomum, foliis latis ovatis, frugiferum. *Burm. zeyl.* 62. *t.* 27.

Cinnamomum ſeu Canella zeylanica. *Bauh. pin.* 408. *Raj. hiſt.* 1581.

Caſſia cinnamomea. *Herm. lugdb.* 129. *t.* 655.

Canella ſive cinnamomum vulgare. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 440.

Kurudu. Kurundu. *Herm. zeyl.* 12. 37.

Pharmac. CINNAMOMI *Cortex*, *Tinctura*, *Aqua cum vel ſine vino*, *Spiritus*, *Oleum*, *Syrupus*.

Obſ. Perianthium *ſexpartitum*, *laciniis ovato-oblongis*. Stamina *ſex*, *ſingula ſingulæ calycis laciniæ adnexa*, anthera *utrinque ad apicem inſtructa*; *dein ſtamina alia* 3, *anthera terminata*, & *ſupra baſin utrinque glandula notata*; *demum ſtamina* 3 *acuta*, *antheram vix fœcundam ferentia*.

146. LAURUS foliis lanceolatis trinerviis, nervis ſupra baſin unitis.

Cinnamomum perpetuo florens, folio tenuiore acuto. *Burm. zeyl.* 63. *t.* 28.

Cinnamomum ſive Canella malabarica ſive javanenſis. *Bauh. pin.* 409. *Raj. hiſt.* 1560.

Caſſia malabarica. *Herm. lugdb.* 130.

Caſſia

Caſſia cinnamomea, myrrhæ odore, folio trinervi ſubtus cæſio. *Pluk. alm.* 89.
Carva. *Rheed. mal.* 1. *p.* 107. *t.* 57.
Dawulkurundu. Nikadawula. *Herm. zeyl.* 26.
Pharmac. CASSIÆ LIGNEÆ *Cortex.*

Obſ. *Hanc ſpeciem olim pro antecedentis varietate habui, nunc vero, qua nota hanc a* Camphorifera japonenſium *diſtinguam, non novi; Folia enim Cinnamomo tenuiora, nervis ante baſin coëuntibus ut in Camphorifera; ſubtus rore cæſio illinita, ut Camphora, & ſimul lanceolata ac tenuiori ſubſtantia quam præcedentis.*

Claſſis X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

BAUHINIA.

147. BAUHINIA foliis cordato-ſubrotundis, laciniis rotundatis. *Hort. cliff.* 157.
Bauhinia foliis ſubrotundis, flore flaveſcente ſtriato. *Burm. zeyl.* 44. *t.* 18.
Ceraliæ quodammodo affinis benghalenſis (non *Pluken.*) *Buxb. act.* 2. *p.* 370. *t.* 24.
Arbor ſiliquoſa malabarica, foliis bifidis minoribus, flore ex albo flaveſcente ſtriato. *Comm. mal.* 8.
Mandaru quarta ſpecies. Flos divi Thomæ. *Raj. hiſt.* 1752.
Mandaru quarta ſpecies ſive Ganſchena-pou. *Pluk. alm.* 240.

Man-

Mandaru maderaſpatenſe, foliis firmioribus biſulcis glabritie ſplendentibus ad ſurculum denſius ſtipatis. *Pluk. alm.* 240. *t.* 44. *f.* 6.
Canſchena-pou. *Rheed. mal.* 1. *p.* 63. *t.* 35.
Mayla (foliis rotundioribus). *Herm. zeyl.* 8. *fol.* 42.
Deſcr. Folia *cordata, rotundata, ſemibifida, ſeptemnervia, obtuſa: lobis erectiuſculis, rotundatis.*

148. BAUHINIA inermis, foliis cordatis ſemibifidis: laciniis acuminato-ovatis erecto-dehiſcentibus. *Hort. cliff.* 157.
Bauhinia foliis oblongo-acutis nervoſis, flore albo. *Burm. zeyl.* 45.
Sennæ ſpuriæ aut Aſphalto adfinis arbor ſiliquoſa, foliis bifidis, flore pentapetalo vario. *Sloan. flor.* 150. *hiſt.* 2. *p.* 51.
Arbor ſiliquoſa malabarica, foliis bifidis minoribus, flore candido ſtriato. *Raj. hiſt.* 1751. *Comm. mal.* 8.
Thomæ arbor ſiliquoſa, foliis bifidis, minor, flore candido. *Herm. prodr.* 380.
Mandaru tertia ſpecies. *Pluk. alm.* 240.
Velutta-mandaru. *Rheed. mal.* 1. *p.* 61. *t.* 34.
Mayla foliis longioribus. *Herm. zeyl.* 8.
Deſcr. Folia *cordata, ſemibifida, novemnervia, oblonga: lobis ſemiovatis, acutis, oblongis, minus divaricatis.*

CASSIA.

149. CASSIA foliolis ſæpius quinque parium ovatis acuminatis glabris petiolatis.
Caſſia foliolis quinque parium lanceolatis, extimis minoribus. *Hort. cliff.* 158.
Caſſia fiſtula alexandrina. *Bauh. pin.* 403. *Raj. hiſt.* 1746. *Comm. hort.* 1. *p.* 215. *t.* 110.
Caſſia fiſtula zeylanica. *Burm. zeyl.* 56.
Caſſia fiſtula Cararxambar vocata. *Alp. ægypt.* 2. *t.* 1.
Caſſia fiſtula vulgaris, flore luteo. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 26.

Caſſia

Caſſia nigra ſive fiſtuloſa prima, ſive Caſſia fiſtula alexandrina. *Sloan. flor.* 145. *hiſt.* 2. *p.* 42.
Caſſia purgatrix. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 416.
Caſſia nigra. *Dod. pempt.* 787.
Conna. *Rheed. mal.* 1. *p.* 37. *t.* 21.
Æhala. Æhalaghas. Ættælaghas. *Herm. zeyl.* 21. 28. 31.
Pharmac. CASSIÆ *Fiſtula*, *Pulpa*.
Deſcr. Folia *pinnata*: foliola *ovata*, *glabra*, *acuminata*, *decem vel duodecim*, *coriacea*, *minus acuta*, *petiolis propriis inſidentia*, *inferiora magis ovata & breviora*. Flores *lutei*, piſtillo *longo*, *declinato*, *ſubulato*.

150. CASSIA foliolis decem parium lanceolatis, glandula baſeos oblonga.
Senna vigintifolia, ſiliquis teretibus. *Burm. zeyl.* 213. *t.* 98.
Sena orientalis fruticoſa Sophera dicta. *Herm. zeyl.* 557. *Pluk. alm.* 432.
Sophera indiæ orientalis. *Breyn. prod.* 1. *p.* 51.
Sophera lentiſci foliis. *Amm. char.* 575.
Ponnam-Tongera. *Rheed. mal.* 2. *p.* 101. *t.* 52.
Deſcr. *Facies foliorum Sennæ liguſtri folio Dillenii.* Folia *pinnata*, *foliolis circiter* 10. *parium*, *coriariæ facie*, foliolis *lanceolatis ſive ovato-lanceolatis*, *acutis*, *viridibus*, *herbaceis*, *glabris*, *ſubæqualibus*, *ſubpetiolatis*. Glandula *oblonga*, *ſupra baſin petioli communis*. *Racemus parvus ex alis*. Corollæ *albido-flaveſcentes venis fuſcis*. Antheræ *tres ſupremæ minimæ*, *ſteriles*; *tres infimæ arcuatæ*; *quatuor intermediæ rectæ*.

151. CASSIA foliolis duodecim parium obtuſis ſetula, glandulis ſubulatis pluribus, ſtipulis reniformibus barbatis.
Sena ſpuria maderaſpatana, caule ad foliorum alas geminatis & ſubrotundis appendiculis auriculato. *Pluk. alm.* 341. *t.* 314. *f.* 4. *mala*. *Raj. dendr.* 110.

Criſta

Criſta pavonis auriculata non ſpinoſa, ſiliquis membranaceis, e maderaſpatan. *Pet. muſ.* 653.
Sopheræ congener planta, ſiliquis compreſſis hirſutis, ſeminibus atris lucidis, floribus aureis. *Herm. zeyl.* 56.

Deſcr. Folia *pinnata ex* 12 *circiter foliorum paribus.* Foliola *ovali-oblonga, obtuſa, ſetula terminata, glabra, petiolata, ſubæqualia; inter omnia paria in petiolo communi unguis mellifer enaſcitur ſubulatus, brevis.* Stipulæ *latæ, reniformes, amplexicaules, magnæ, obtuſiſſimæ, ad baſin ab altero latere barbatæ unica ſeta.* Corymbus 3, 4 *vel* 5 *floribus fulvis ſeu carneo-croceis.* Antheræ *tres ſuperiores ſteriles; tres inferiores oblongæ, arcuatæ; quatuor intermediæ rectæ.*

152. CASSIA foliolis trium parium obverſe ovatis, glandula ſubulata inter infima *Roy. lugdb.* 468.
Caſſia humilis, ſiliquis fœnu græci. *Plum. ſpec.* 18.
Caſſia ſiliqua quadrangulari. *Dill. elth.* 72. *t.* 63. *f.* 73. *Burm. zeyl.* 56.
Sena orientalis hexaphylla, Tala zeylonenſibus. *Herm. lugdb.* 557. *Raj. hiſt.* 56.
Sena orientalis hexaphylla, ſiliquis longis incurvis, Tora indorum vulgo & Tachara malabarorum. *Pluk. alm.* 342. *mant.* 170.
Galega indica hexaphyllos, quæ Sena herbacea zeylanica minor hexaphylla. *Amm. boſ.* 15.
Galega indica minor hexaphyllos ammanni. *Raj. hiſt.* 911.
Tala. *Herm. zeyl.* 69.

Deſcr. Radix *annua.* Caules & *Petioli ſcabri.* Stipulæ *acuminato-lineares, piloſæ.* Petala *quinque, erecta; horum duo inferiora magis incurva.* Stamina *decem; horum* 3 *parva, ſterilia;* 4 *erecta, media;* 3 *inferiora duplo longiora.* Piſtillum *arcuato-incurvum.*

153. CASSIA foliolis duorum parium obverſe ovatis.
Senna quadrifolia, ſiliqua plana hirſuta, flore aureo-ſanguineo. *Burm. zeyl.* 212. *t.* 97.
Senna orientalis tetraphylla Abſus dicta. *Herm. lugdb.* 558.
Sena exigua maderaſpatana ſive tetraphylla ſiliquifera glabra, florum pediculis ad exortum foliorum propendentibus. *Pluk. alm.* 341. *t.* 60. *f.* 1.
Abſus. *Alp. ægypt.* 97.
Abſus trifolii floribus, foliis orobi glabris. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 361.
Loto adfinis ægyptiaca. *Bauh. pin.* 332. *Raj. hiſt.* 922.
Galega quadrifolia Telamandukola zeylonice dicta. *Burm. zeyl.* 103.
Telamandukola. *Herm. zeyl.* 15.
Deſcr. *Herba* caule *tenui*, *ſtriato.* Folia *pinnata*: *foliolis quatuor ſubæqualibus*, *obverſe ovatis*, *glandula inter inferiores.* Racemi *ex alis*, *pauciflori.* Legumina *unilocularia*, *hiſpida*: *villis raris*, *rigidis.*

154. CASSIA foliolis numeroſiſſimis linearibus, glandula obſoleta ſupra baſin, ſtipulis ſetaceis.
Mimoſa herba zeylanica, foliis & ſiliquis anguſtis glabris. *Burm. zeyl.* 160.
Dyahyabala. Dyahyambala. *Herm. zeyl.* 18.48.
Deſcr. Caulis *erectus*, *ſimpliciſſimus*, *teres*, *bipedali altior.* Folia *pinnata*: *foliolis infinitis linearibus*; *glandula ſeſſili ſupra baſin petioli.* Stipulæ *lanceolatæ*, *ſeta terminatæ*; *ex alis* Pedunculi *duo*, *erecti*, *uniflori*, *filiformes*, *verſus apicem bractea duplici lanceolata*, *terminati flore patulo*; ſtamina 10, *quorum* 7 *cum antheris oblongis.* Legumina *linearia.*
Obſ. *Ergo differt a* Chamæcriſta Pavonis braſiliana ſiliqua ſingulari. Breyn. cent. t. 23. *quod bracteæ non ovatæ nec caulis flexuoſus*; a Caſſia floribus pentandris, calycibus acutis. Hort. cliff. 497. *quod folia anguſtiora*, *numeroſiora*, *ſtamina alia*;

a

a Chamæcriſta pavonis americana, ſiliqua multiplici. Breyn. cent. t. 24. *quod glandula nulla pedicello ſuſtentata baſi petiolorum inſideat, foliis dein linearibus & fere capillaribus inſtruatur; & licet pedunculos e caule ſupra foliorum alas emittat, tamen hæc gemma raro plures quam duos promit flores, eosque minores & pedunculis erectioribus, quam Breyniana.*

GUILANDINA.

155. GUILANDINA inermis, foliis triplicato-pinnatis, foliolis infimis ternatis.

Moringa zeylanica, foliorum pinnis pinnatis, flore majore, fructu anguloſo. *Burm. zeyl.* 162. *t.* 75.

Moringa lentiſci folio, fructu magno anguloſo, in quo ſemina ervi. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 435. *Raj. hiſt.* 1745.

Morinha acoſtæ. *Herm. zeyl.* 37.

Moringa. *Cluſ. exot.* 278. *Ferr. flor.* 385.

Balanus myrepſica. *Dal. pharm.* 368.

Balanus myrepſica, ſiliqua triangulari, ſemine minore alato. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 22. *Comm. mal.* 13.

Glans unguentaria. *Dalech. hiſt.* 1684. *Bauh. pin.* 402. *Raj. hiſt.* 1738.

Nux unguentaria. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 317.

Nux Behen zeylanica, ſiliqua triangula, ſeminibus alatis. *Herm. lugdb.* 692. *prodr.* 357. *Comm. hort.* 1. *p.* 219. *t.* 12. (non fructus.)

Arbor exotica, lentiſci foliis. *Bauh. pin.* 399.

Lignum nephriticum. *Park. theatr.* 1664. *Raj. hiſt.* 1804.

Lignum peregrinum aquam cæruleam reddens. *Bauh. pin.* 416.

Morungu. *Rheed. mal.* 6.

Katumurungha. *Herm. zeyl.* 62.

Pharmac. NEPHRITICUM *Lignum, Tinctura.*
BEHEN *Oleum.*

Deſcr. *Floris ſtructura aperte indicat Guilandinæ genus:* Perianthium *monophyllum*, *campanulatum*, *limbo quinquepartito*: *laciniis æqualibus*, *oblongis*, *patentibus*, *longitudine tubi*. Petala *quinque*, *lanceolata*, *baſi anguſtiora*, *limbo calycis paulo majora*, *retroflexa*, *calyci ad divaricationes inſerta*; Filamenta *decem*, *ſubulata*, *calyci inſerta*, *corolla breviora*, *erecta*, *quorum quinque tenuiora*. Antheræ *ſubrotundæ*. Germen *oblongum*; ſtylo *filiformi*, *longitudine ſtaminum*. Stigma *ſimplex*; *adeoque flores hermaphroditi*. Folia *triplicato-pinnata*, *ſcilicet rachis ſive petiolus communis 3 oppoſitiones ſeu petiolorum partialium paria recipit*, *excepto ultimo impari*. *Petioli laterales itidem tria paria petiolorum minorum recipiunt*, *excepto impari*: *Hi tertii ordinis petioli 3 paria foliorum cum impari recipiunt*, *quorum omnia ſimpliciſſima*, *excepto infimi paris extimo foliolo*, *quod trifolium eſt*. Foliola *omnia obverſe ovata*, *nuda*, *viridia*, *integra*, *non craſſa*.

156. GUILANDINA aculeata, foliolis ovalibus cum acumine.

Bonduc vulgare minus polyphyllum. *Plum. gen.* 25.

Acacia, quæ Lobus echinatus cluſii, Oculus cati luſitanis. *Burm. zeyl.* 4.

Lobus echinatus, fructu cæſio, foliis longioribus. *Herm. prodr.* 348.

Arbor exotica ſpinoſa, folio lentiſci. *Herm. zeyl.* 35.

Caretti. *Rheed. mal.* 2. *p.* 35. *t.* 22.

Kuburuwæl. *Herm. zeyl.* 19. 57.

Deſcr. Rami *medulla fungoſa*, *ſubvilloſi*. Folia *duplicato-pinnata*, *foliolis ovalibus*, *obtuſis cum acumine ſeu ſeta*, *in ſingulo partiali 6*, *7*, *vel 8. parium*. Flores *in racemo ſive ſpica*, *calyce tomentoſo*, *maſculi*; *femineos non vidi*.

CÆSALPINA.

157. CÆSALPINA aculeis recurvis, foliolis ovatis.
Acacia glorioſa, lentiſci folio, ſpinoſa, flore ſpicato luteo, ſiliqua magna muricata. *Pluk.alm.* 4. *t.* 2. *f.* 2.
Kuburuwæl. *Herm.zeyl.* 12.

Deſcr. Rami *lignoſi, ſolidi, glabri.* Folia *duplicato-pinnata, foliolis ovatis, glabris (absque acumine ſetaceo), in ſingulo partiali folio* 3 *paria remota.* Flores *glabri, in racemis laxioribus, magis labiati.* *Fructus Guilandinæ.*

158. CÆSALPINA aculeis recurvis, foliolis emarginatis, filamentis lanatis.
Erythroxylum ſive Lignum rubrum indicum ſpinoſiſſimum, coluteæ foliis, floribus luteis, ſiliquis maximis. *Herm.parad.* 332.
Acacia major tinctoria zeylanica, Panſapan dicta. *Burm.zeyl.* 3.
Acacia glorioſa zeylanica tinctoria, amplioribus foliis, ſpinoſa. *Pluk.alm.* 5.
Criſta pavonis, coronillæ folio, 2 ſive tinctoria indica, flore luteo racemoſo minore, ſiliqua latiſſima glabra, Lignum rubrum Sappan dictum ferens. *Breyn.prodr.* 2. *p.* 37.
Lignum campeſcanum. *Dal.pharm.* 376.
Lignum campechianum, ſpecies quædam braſil. *Sloan.flor.* 213. *hiſt.* 2. *p.* 183. *Raj. dendr.* 132.
Ligno braſiliano ſimile. *Bauh. pin.* 393.
Tſiam-pangam. *Rheed.mal.*6. *p* 3 *t.* 2.
Pataghi. Patanghi. *Herm.zeyl.* 42.
Pharmac. CAMPECHIANUM *Lignum.*

Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, duplicato-pinnata, ſine imparibus:* foliolis *oblongis, approximatis, utrinque obtuſis, extrorſum emarginatis, nervo non medium foliolum percurrente, hinc quaſi pone an-*

guſtiora vel angulo poſtico adfixa, antrorſum baſi gibba; aculei *in planta breves, recurvi, ſparſi*; *Florum racemus luteus*; calyx *quinquepartitus*: *lacinia inferiore carinata, longiore, anguſtiore*. Stamina *decem, ſubæqualia, declinata, baſi lanata*. Legumen *Guilandinæ, ſed non flos*.

POINCIANA.

159. POINCIANA foliis duplicato-pinnatis, foliolis oblongo-ovalibus, caule inermi. *Hort. cliff.* 158. *Roy. lugdb.* 466.

Poinciana flore pulcherrimo. *Tournef. inſt.* 619.

Criſta pavonis, flore elegantiſſimo variegato. *Burm. zeyl.* 79.

Criſta pavonis, coronillæ folio 1, ſive floribus ſpicatis ampliſſimis ex aureo & coccineo variegatis, ſiliqua piſi. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 37.

Frutex pavonius ſive Criſta pavonis. *Breyn. cent.* 61.

Flos pavonis. *Mer. ſurin.* 45. *t.* 45.

Erythroxylum indicum minus ſpinoſum, coluteæ foliis, ſiliquis anguſtioribus, floribus ex luteo & rubro eleganter variegato. *Herm. prodr.* 333.

Acacia orientalis glorioſa, coluteæ foliis, rachi media ad genicula ſolummodo ſpinis gemellis aculeata. *Pluk. alm.* 5.

Senna ſpuria arborea ſpinoſa, foliis alatis ramoſis ſive decompoſitis, flore ex luteo & rubro ſpecioſo. *Sloan. flor.* 149. *hiſt.* 2. *p.* 49.

Tſietti-mandaru. *Rheed. mal.* 6. *p.* 1. *t.* 1.

Monaramal. *Herm. zeyl.* 39.

Obſ. *Vulgatiſſima hodie & omnibus nota.*

ADENANTHERA.

160. ADENANTHERA foliis decompoſitis. *Linn. virid.* 36. *Roy. lugd.* 462.

Poin-

Poinciana foliis duplicato-pinnatis, foliolis alternis. *Hort. cliff.* 158.

Criſta pavonis arbor, foliis ſubrotundis alternis, flore ſpicato pentapetalo flavo, lobis longis, fructu orbiculato coccineo. *Burm. zeyl.* 80.

Criſta pavonis, glycyrrhizæ folio, maxima indica, flore ſubluteo minimo ſpicato, ſiliquis anguſtis longiſſimis, ubi ſemina occultantur protuberantibus. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 38. *Comm. mal.* 24.

Phaſeolus alatus arbor indica, fructu coccineo fere orbiculari medio utrinque tumido. *Pluk. alm.* 294.

Phaſeolus alatus arboreus, fructu orbiculato compreſſo coccineo. *Herm. lugdb.* 495.

Arbor ſiliquoſa indica, flore ſpicato pentapetalo, ſiliquis longis nodoſis, fabis coccineis. *Raj. hiſt.* 1752.

Mandſiadi. *Rheed. mal.* 6. *p.* 25. *t.* 14.

Mandhatya. Mangili. Mara. *Herm. zeyl.* 21.

Deſcr. *Arbor* foliis *decompoſitis ſive duplicato-pinnatis, vaſtiſſimis.* Foliola *magnitudine extimi articuli pollicis, ovata, obtuſa, integerrima, petiolis breviſſimis adfixa, nunc alternatim, nunc oppoſite.* Panicula *e racemis ſimplicibus, craſſis, adfigens floſculos propriis pedicellis æqualibus.* Flores *reſpectu arboris minutiſſimi, flavi.*

MELIA.

161. MELIA foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 161.

Olea malabarica, fraxineo folio, e maderaſpatan. *Pluk. alm.* 269. *t.* 247. *f.* 1.

Azedarach foliis falcato-ſerratis. *Burm. zeyl.* 40. *t.* 15.

Azedarach altera, foliis ſemilunatis. *Herm. zeyl.* 48.

Azadirachta indica, foliis fraxini ſive non ramoſis majoribus, flore minore albo. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 21. *t.* 15.

Arbor indica, fraxino ſimilis, oleæ fructu. *Bauh. pin.* 416.

Nimbo acoſtæ. *Dalech. hiſt.* 1867.
Aria Bepou. *Rheed. mal.* 4. *p.* 107. *t.* 52.
Deſcr. *Arbor* foliis *alternis*, *ſimpliciter pinnatis, ex quindecim circiter* foliolis *dimidiato-cordatis, retrorſum falcatis, latere poſteriore anguſtiſſimo, ſerratis, acuminatis.* Racemi *erecti, ex ſummis alis & ramorum extremitatibus, compoſiti.*

162. MELIA foliis duplicato-pinnatis.
Melia foliis decompoſitis. *Hort. cliff* 161.
Olea malabarica Nimbo dicta, fructu racemoſo oblongo. *Raj. hiſt.* 1545.
Azedarach fructu polypyreno, Mangoſeros ſylveſtris. *Burm. zeyl.* 40.
Azedarach, floribus albis, ſempervirens. *Herm. lugdb.* 652.
Azedarach ſemper virens & florens. *Tournef. inſt.* 616.
Azedarach indica, foliis non deciduis, oſſiculo polypyreno. *Herm prodr.* 316.
Azadirachta indica, foliis ramoſis minoribus, flore albo ſubcæruleo purpuraſcente majore. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 21. *Comm. hort.* 1. *p.* 147. *t.* 76. *Raj. dendr.* 47.
Panukohumba. *Herm. zeyl.* 3.
β Azedarach. *Dod. pempt.* 848. *Burm. zeyl.* 40. *Tournef. inſt.* 616.
Azadaracheni. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 554.
Zizyphus alba ſive Pſeudoſycomorus. *Dalech. hiſt.* 358.
Arbor fraxini folio, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 415.
Kirikohomba. *Herm. zeyl.* 67.
Obſ. *Arbor β frequens in Hortis Botanicorum, quotannis folia dejiciens, at α folia retinet duplicato-pinnata; hinc non video notam, qua utraſque diſtinguam.*

SO-

SOPHORA.

163. SOPHORA tomentoſa, foliolis ſubrotundis.
Indigofera foliis tomentoſis. *Hort. cliff.* 487.
Coronilla zeylanica argentea tota. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 50. *Burm. zeyl.* 77.
Colutea zeylanica argentea tota. *Herm. lugdb.* 169. *t.* 171. (mala). *Raj. hiſt.* 1720.
Ervum ſive orobus arboreſcens incanus, glycyrrhizæ folio, flore luteo ſpicato. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 47.
Mundumurunga. *Herm. zeyl.* 11. 31.
β Colutea zeylanica marina ſiliquoſa tota incana, grano rotundo globoſo. *Herm. zeyl.* 54. *Burm. zeyl.* 69.
Colutea indica marina tota argentea, ſiliquis teretibus articulatis, ſeminibus globoſis. *Amm. char.* 480.

Deſcr. *Planta tota caule & foliis tomento craſſo alboque veſtita.* Folia *alterna, pinnata*: foliolis *circiter* 17. *ovatis, obtuſis ſive ſubrotundis.* Racemus *terminans*, calycibus *tomentoſis. Hinc diſtinguitur facile a* SOPHORA ſubhirſuta, foliolis ovato-oblongis, *quæ* SOPHORA. Hort. cliff. 156. *Variat zeylanica planta tota glabra, figura foliolorum permanente.*

164. SOPHORA glabra, foliis ſeptenis.
Phaſeolus trifoliatus fruteſcens monococcos, fructu adipoſa mucilagine. *Herm. zeyl.* 16.
Radalya. *Herm. zeyl.* 16.

Deſcr. *Planta tota glabra.* Folia *alterna, pinnata*: foliolis *ovato-oblongis, petiolatis, ſeptem communiter, acutiuſculis, inter ſe remotis & diſtantibus.* Racemus *terminans, longus, nudus.* Calyces *campanulati, glabri. Tota magnitudine cum præcedenti certat.*

ANACARDIUM.

165. ANACARDIUM. *Hort. cliff.* 161.
Anacardium occidentale Cajous dictum, oſſiculo re-

 nis

nis leporis figura. *Herm. lugdb.* 36. *Burm. zeyl.* 19.
Anacardii alia ſpecies. *Bauh. pin.* 512.
Pomifera ſive Prunifera indica, nuce reniformi ſummo pomo innaſcente, Cajous dicta. *Raj. hiſt.* 1649.
Acajou. *Piſ. braſ.* 58.
Acajaiba. *Marcgr. braſ.* 94.
Caſchou. *Mer. ſurin.* 16. *t.* 16.
Rapa-mava. *Rheed. mal.* 3. p. 65. *t.* 54.
Kaghu. *Herm. zeyl.* 55. 37.
Pharm. ANACARDII OCCIDENTALIS *Nux.*
Obſ. *Arbor hodie Botanicis notiſſima.*

CYNOMETRA.

166. CYNOMETRA trunco florifero. *Act. upſ.* 1741. p. 79.
Cynomorium. *Rumpf. amb.* 1. *p.* 163. *t.* 62.
Namnam arbor. *Valent. muſ.* 72.
Obſ. *Habetur inter pictas Hermanni, pulchre etiam delineata a Rumpſio.*

167. CYNOMETRA ramis floriferis. *Act. upſ.* 1741. *p.* 79.
Cynomorium ſylveſtre. *Rumpf. amb.* 1. *p.* 164. *t.* 63.
Malus indica, fructu cucurbitæformi monopyreno. *Raj. hiſt.* 1675.
Iripa. *Rheed. mal.* 14. *p.* 65. *t.* 31.
Obſ. Occurrit *inter plantas pictas Hermanni, itidem a Rumpſio tradita.*

TRIBULUS.

168. TRIBULUS foliolis quinque parium.
Tribulus terreſtris zeylanicus, cauliculis villoſis, fructu acuminato. *Burm. zeyl.* 226. *t.* 106. *f.* 1.
Tribulus terreſtris indiæ orientalis, foliis viciæ ſubrotundis & villoſis. *Tournef. inſt.* 266.
Tribulus terreſtris incanus indicus lanuginoſus, paucio-

cioribus foliis pinnatis, fructu pediculo longiore inſidente. *Raj. app.* 650.

Tribulus terreſtris medius zeylanicus. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 100.

Tribulus terreſtris, folio ciceris, fructu aculeato, zeylanicus. *Herm. zeyl.* 44.

Deſcr. Caulis *herbaceus*, *villoſus*. Folia *pinnata ſine impari*; foliola *ovato-oblonga*, *obtuſa*, *integerrima*, *piloſa*.

JUSSIÆA.

169. JUSSIÆA repens, floribus pentapetalis decandris, pedunculis folio longioribus.

Lyſimachia indica non papposa repens, flore pentapetalo, fructu caryophylloide. *Comm. mal.* 164.

Caryophyllus ſpurius malabaricus pentapetalos aquaticus repens. *Raj. hiſt.* 1510.

Nir-Carambu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 99. *t.* 51.

Deſcr. Caulis *herbaceus*, *procumbens*. Folia *digitum transverſum longa*, *lanceolata*, *apice rotundata*, *baſi attenuata in petiolum longiuſculum*. Pedunculi *axillares*, *ſolitarii*, *uniflori*, *folio paullo longiores*. Calyx *pentaphyllus*, *acutus*. Petala 5, *calyce duplo longiora*, *lutea*. Stamina 10, *longitudine fere calycis*.

170. JUSSIÆA erecta, floribus tetrapetalis octandris ſeſſilibus.

Ludwigia capſulis oblongis. *Hort. cliff.* 491.

Lyſimachia indica lutea corniculata non pappoſa, caule altiſſimo, flore odorato. *Comm. mal.* 163.

Lyſimachia indica non pappoſa lutea, flore fructuque majore caryophylloide. *Raj. hiſt.* 1510.

Cattu-Carambu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 97. *t.* 50.

Obſ. *Frequens hodie in hortis Academicis ex annuo ſemine.*

ME-

MELASTOMA.

171. MELASTOMA foliis lanceolato-ovatis ſcabris quinquenerviis.

Melaſtoma quinquenervia hirta major, capitulis ſericeis villoſis. *Burm zeyl.* 155. *t.* 73.

Kadali. *Rheed. mal.* 4. *p.* 87. *t.* 42.

Bothya. Mahabothya. *Herm. zeyl.* 10.

Deſcr. Arbor *ramis ſcabris.* Folia *oppoſita, petiolata, lato-lanceolata, ſupra ſetis rigidiuſculis ſcabra, ſubtus præſertim nervis ſcabra, margine vix ſerrata, niſi ſetis rigidiuſculis ut in ſuperiore ſuperficie; diſcus foliorum a baſi ad apicem Nervis quinque diſtinctis exaratur, qui nullibi conjunguntur, quorum extimus prope marginem collocatus eſt.* Calyces *ad apices ramorum, ſetis albidis hiſpidi.*

172. MELASTOMA foliis lanceolatis trinerviis ſcabris.

Melaſtoma quinquenervia minor, capitulis villoſis. *Burm. zeyl.* 154.

Baccifera indica, fructu umbilicato quinquecapſulari polyſpermo, floribus minoribus, fructus cortice aſpero. *Raj. hiſt.* 1493.

Katou kadali. *Rheed. mal.* 4. *p.* 91. *t.* 43.

Hinbothya. *Herm. zeyl.* 14.

Obſ. *In ſpecimine Hermanniano* Folia *præcedentis anguſtiora, magis glabra, trinervia.* Calyces *minus hiſpidi, in racemos collecti, nec caulem terminantes ut in præcedenti.*

173. MELASTOMA foliis lanceolatis trinerviis glabris: margine hiſpidis.

Melaſtoma ſcabra trinervia. *Burm. zeyl.* 154.

Ciſtus indicus trinervius anguſtifolius, flore roſeo, ſeminibus pulpa nigra incluſis. *Herm. zeyl.* 36.

Deſcr.

Deſcr. Folia *lanceolata, glabra, trinervia; ad marginem pili rigidiuſculi folia ſcabra reddunt.* Flores *teneriores, ſed forte hæ tres nil niſi varietates ſunt.*

BARTRAMIA.

174. BARTRAMIA.
Triumfetta decima tertia. *Amm. herb.* 370.
Lappula benghalenſis tetraſpermos, ribeſii folio, echinis orbicularibus ad foliorum ortum plurimis ſimul ſeſſilibus. *Pluk. alm.* 206. *t.* 41. *f.* 5.
Lappula indica, althææ folio, flore parvo purpureo tubuloſo. *Pluk. amalth.* 130.
Alcea indica, floribus roſaceis parvis, fructibus parvis quinquepartitis hiſpidis lappaceis. *Burm. zeyl.* 9.
Æpala. *Herm. zeyl.* 9.

Obſ. *Media quaſi inter Triumfettam & Urenam; cum vero Corolla gaudent, non erit Triumfetta.*

SCHINUS.

175. SCHINUS foliis pinnatis, rachi membranaceo-articulata, ſpicis axillaribus ſolitariis.
Limones ſua ſpecie puſilli, in indiæ inſula zeylan. *Dalech. hiſt.* 1838.
Limonia malus ſylveſtris zeylonica, fructu pumilo. *Burm. zeyl.* 143.
Malus limonia, lentiſci folio, zeylanica, fructu minimo uvarum magnitudine æmulo. *Pluk. alm.* 239.
Malus limonia indica, fructu puſillo. *Raj. hiſt.* 1658.
Malus aurantia, fructu limones puſillo acidiſſimo. *Sloan. flor.* 211. *hiſt.* 2. *p.* 182.
Tſerou-katou-naregam. *Rheed. mal* 4. *p.* . *t.* 12.
Diwul ſive Giwul. *Herm. zeyl.* 13. 17. *Burm. zeyl.* 89.

Deſcr. *Arbor;* Spinæ *rectæ, acutæ, ſolitariæ, in axillis inter ramum & petiolum.* Folia *pinnata; petiolo communi (ſive rachi) membranacea, articulata:*

foliola

foliola *Rhois africanæ, obverſe ovata, oppoſita cum impari, glabra, emarginata; ſpinæ nullæ in ipſis petiolis.* Perianthium *minimum, quinquefidum.* Petala *quinque, patentia.* Filamenta 8 *ad* 10. antheris *craſſis.* Germen *ſubrotundum.* Stylus *craſſus, brevis. Fructus ignotus. Ex flore & facie ad hoc genus plantam retuli.*

Obſ. *Diæwul ſ. Giæwul Succis Diabolum ſignificat, & hujus fructus eſt, qui, a Nautis noſtratibus eſus, eos brevi jugulat lethali diarrhæa.*

TRIGYNIA.

BANNISTERIA.

176. BANNISTERIA foliis ovato-oblongis acuminatis, racemis lateralibus, ſeminibus patentibus.

Acer ſcandens, foliis citri, flore cæruleo ſpicato. *Plum. ſpec.* 18. *Tournef. inſt.* 615.

Acer ſcandens, foliis laurinis. *Sloan. flor.* 137. *hiſt.* 2. *p.* 26. *Raj. dendr.* 94.

Acer benghalenſe, foliis laurinis. *Raj. hiſt.* 1801.

Acer benghalenſe, laurinis foliis, fructu tergemino totidem membranis exſtantibus alato. *Pluk. alm.* 7. *t.* 3. *f.* 1.

Anonyma. *Herbarii l.* 2. *fol.* 9. *Herm. zeyl.* 24.

Deſcr. *Arbor* ramis *teretibus.* Folia *oppoſita, lanceolato ovata, glabra, integerrima, petiolata.* Racemi *ſolitarii, oppoſiti, laterales, longitudine foliorum, ſimplices.* Flores *propriis pedicellis inſidentes.* Fructus *triplex; ſingulo membrana lanceolata, obtuſa, deorſum craſſiore, introrſum anguſtiore & magis gibba, ad baſin utrinque lobulo inſtructa.*

PEN-

PENTAGYNIA.

AVERRHOA.

177. AVERRHOA caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtuſe angulatis.

Malus indica, fructu pentagono, Bilimbi dicta. *Raj. hiſt.* 1449. *Comm. flor.* 42. *Burm. zeyl.* 147.

Carambola parva indiæ orientalis. *Pluk. mant.* 36.

Biinbingum teres. *Rumpf. amb.* 1. *p.* 118. *t.* 16.

Bilimbi. *Rheed. mal.* 3. *p.* 55. *t.* 45. 46.

Billinghas; Billin. *Herm. zeyl.* 19. 54.

Deſcr. *Arbor* foliis *pinnatis*, *longiſſimis*; pedunculis *ſubtomentoſis*; foliola *circiter viginti tria*, *ovato-lanceolata*, *ſubæqualia*, *inferiora paulo breviora*, *integerrima*, *acuminata*, *glabra*, *petiolis propriis breviſſimis inſidentia*, *uniformia*, *nec apicem verſus majora.*

178. AVERRHOA foliorum axillis fructificantibus, pomis oblongis acute angulatis.

Malus indica, pomo anguloſo, Cerambolas dicta. *Raj. hiſt.* 1449. *Comm. flor.* 42. *Pluk. alm.* 238.

Malus indica, foliis ſennæ occidentalis, fructu acido parvo pentagono ſulcato, floribus rubris. *Burm. zeyl.* 148.

Mala goënſia, fructu octangulari pomi vulgaris magnitudine. *Bauh. pin.* 433.

Prunum ſtellatum. *Rumpf. amb.* 1. *p.* 115. *t.* 35.

Carambola malabarorum, Tamaratonga. *Pluk. mant.* 36.

Tamaratonga ſive Carambolas. *Rheed. mal.* 3. *p.* 51. *t.* 43. 44.

Kumaranga. *Herm. zeyl.* 19.

Deſcr. *Arbor* ramis *teretiuſculis*, *nudis*; ſtipulis *ſubulatis*. Folia *alterna*, *pinnata cum impari*, foliolis *alternis*, *ovatis*, *acuminatis*, *integerrimis*, *glabris*,

bris, quo baſi propiora eo breviora, magis diſtantia, baſi anguſtiora. Ex alis Pedunculi *folio dimidio breviores, paniculati.*

179. AVERRHOA ramis nudis fructificantibus, pomis ſubrotundis.

Malus indica, fructu parvo rotundo acido ſtriato. *Burm. zeyl.* 148.

Bilimbi altera minor. *Raj. hiſt.* 1450. *Comm. mal.* 16.

Neli-pouli. *Rheed. mal.* 3. *p.* 57. *t.* 47. 48.

Nelli. Nellika. *Herm. zeyl.* 55.

OXALIS.

180. OXALIS pedunculis multifloris, foliis pinnatis.

Oxoides malabarica ſenſitiva, caule viridi glabro, flore luteo majore. *Garc. act. angl.* 1730. *p.* 377. *t.* 2.

Oxys indica, tamarindi foliis, floribus umbellatis. *Burm. zeyl.* 178.

Mimoſa humilis indiæ orientalis, ſimpliciter pinnatis tamarindi foliis, floribus coronariis flavis lituris rubris eleganter ſtriatis. *Pluk. alm.* 252. *mant.* 131.

Herba mimoſa malabarienſis. *Zan. hiſt.* 199. *t.* 61.

Herba ſentiens. *Bont. jav.* 120.

Herba viva. *Cluſ. exot.* 290. *Dalech. hiſt.* 688.

Herba viva, foliis & floribus longis pediculis in thyrſo inſidentibus, amboinica. *Rumpf. E. N. C. ann.* 11. *obſ.* 32.

Herba viva anguſtifolia zeylanica. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 55.

Totta vari. *Zan. hiſt. t.* 61.

Todda-vaddi. *Rheed mal.* 9. *p.* 33. *t.* 19.

Nidikudda. Nidikumba. *Herm. zeyl.* 5. 54.

β Oxyoides ſenſitiva javanica, caule rubeſcente hirſuto, flore luteo minore. *Garc. act. angl.* 1730. *p.* 377. *t.* 2.

Deſcr.

Deſcr. Herba *acaulis*. Folia *pinnata*: foliolis *numeroſiſſimis, oblongis, oblique ſurſum acuminatis, glabris, ſubſeſſilibus, æqualibus, ſubcontiguis.* Scapi *longitudine foliorum, filiformes, nudi.* *Flores in ſimplici umbellula. Folia tacta mimoſæ inſtar ad petiolum complicantur & connivent, quod paucis cæteroquin plantis datum.*

Claſſis XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

RHIZOPHORA.

181. RHIZOPHORA foliis ovato-oblongis obtuſiuſculis integerrimis, calycibus ſubſeſſilibus, fructibus cylindraceo-ſubulatis.

Anonyma. *Herm. pict.* 279.

Deſcr: *Arbor.* Folia *petiolata, glabra, ovato-oblonga, obtuſiuſcula.* Calyces *gemini, ſubſeſſiles.* Fructus *cylindrici, ſubulati, longiſſimi, nutantes.*

Claſſis XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

MURCIA.

182. MYRTUS foliis ovatis acuminatis obtuſiuſculis.

 Myr-

Myrtus zeylanica odoratiſſima, baccis niveis monococcis. *Herm. lugdb.* 434. *t.* 435. *Raj. hiſt.* 1504.
Myrtus indica, odore citri. *Burm. zeyl.* 166.
Myrtoides foliis ovatis. *Hort. cliff.* 489.
Vitis idæa zeylonica odoratiſſima. *Burm. zeyl.* 230.
Liguſtrum zeylanicum arboreſcens, myrti laureæ foliis. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 75.
Hincabuſe. Maranda. *Herm. zeyl.* 9. 15.
Deſcr. *Arbor* ramis *teretibus.* Folia *oppoſita, ovata, acuminata, obtuſiuſcula, glabra, longitudinaliter ſulco exarata, margine reflexo: nervo ſeu lineola diſtincto,* petiolis *breviſſimis.* Panicula *compoſita, trifida.* Baccæ *albæ.* Calyces *quinquedentati.* Petala *quinque.*

183. MYRTUS foliis obverſe ovatis.
Ceraſus humilis umbellata, floſculis incarnatis, fructu Mortinghos dicto. *Burm. zeyl.* 57.
Caryophyllus aromaticus indiæ occidentalis, foliis & fructu rotundis, dipyrene, ſeminibus fere orbiculatis planis. *Pluk. alm.* 88. *t.* 155. *f.* 3. (*an?*)
Danighas. *Herm. zeyl.* 3.
Dam. *Herm. zeyl.* 14. 53.
Deſcr. *Arbor* ramis *teretibus.* Folia *oppoſita, obverſe ovata, glabra, integerrima, obtuſa, ſubpetiolata.* Corymbi *terminantes ramos, compoſiti, trifariam ſubdiviſi.* Calyces *indiviſi, integerrimi.* Flores *in corymbum compoſitum.*

184. MYRTUS foliis ſubovalibus ſeſſilibus.
Arbor foliis androſæmi latioribus, plurimas baccas in ſummitate ramulorum ferens. *Herm. zeyl.* 24. *Burm. zeyl.* 29.
Deſcr. *Arbor* ramis *teretibus.* Folia *oppoſita, palmaria (adeoque maxima), ſeſſilia, ovato-ovalia, obtuſa, glabra.* Panicula *compoſita, trifida, terminans ramos.* Calyces *leviter quadrifidi.*

185.

185. MYRTUS foliis lanceolato-ovatis.
Arbor zeylanica cuminum redolens. *Burm. zeyl.* 27.
Ankænda. *Herm. zeyl.* 23.

Deſcr. *Arbor* ramis *teretibus, cinereis.* Folia *lanceolata vel ovato-lanceolata, oppoſita, glabra, integerrima, minus acuta,* petiolis *longiuſculis.* Corymbi *trifidi, compoſiti, laterales.*

186. MYRTUS foliis alternis.
Myrtus calycibus absque appendiculis. *Hort. cliff.* 501.
Myrtus arborea aromatica, foliis laurinis. *Sloan. flor.* 161. *hiſt.* 2. *p.* 76. *t.* 191. *f.* 1.
Caryophyllus aromaticus americanus, lauri acuminatis foliis, fructu orbiculari. *Pluk. alm.* 88. *t.* 155. *f.* 4.

Obſ. *Species hæ quinque pleraque in fructificatione habent cum Myrto communia, ſed non omnia, & quaſi mediæ inter Myrtum & Caryophyllum ſunt. Omnes tamen hæ certe ejusdem Generis ſunt, ſi vero quis eas diſtinguere velit, ſciat MYRCIÆ eſſe:*

CAL. Perianthium *monophyllum, turbinatum, perſiſtens, margine vel integerrimo vel quadri- vel quinquedentato.*

COR. Petala *quatuor ſive quinque, ſubrotunda, concava, caduca.*

STAM. Filamenta *numeroſa, capillaria, corolla longiora, calycis margini interiori adnexa.* Antheræ *ſubrotundæ.*

PIST. Germen *ſub receptaculo.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *ſimplex.*

PER. Bacca *ſubrotunda, coronata calyce cylindrico.*

SEM. *unicum ſive duo.*

EUGENIA.

187. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis ramoſis infra folia.

 Jam-

Jambos ſylveſtris, fructu rotundo ceraſi magnitudine. *Burm. zeyl.* 125.
Prunus malabarica, fructu umbilicato pyriformi, jambos dicta major. *Raj. hiſt.* 1478. *Comm. mal.* 56.
Perſici oſſiculo fructus malaccenſis rubens. *Bauh. pin.* 441.
Nati-ſchambu. *Rheed. mal.* 1. *p.* 29. *t.* 18.
Walgambu. *Herm. zeyl.* 67.

Obſ. *Habetur inter pictas Zeylonicas Hermanni.*

188. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis ramoſis terminantibus.
Jambos malaccenſis, fructu aureo roſam ſpirante. *Burm. zeyl.* 124.
Jambos. *Linſch. orient.* 4. *c.* 9. *f.* 13. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 116.
Prunus malabarica, fructu umbilicato pyriformi, Jambos dicta minor. *Raj. hiſt.* 1478. *Comm. mal.* 56.
Perſici oſſiculo fructus malaccenſis ex candido rubeſcens. *Bauh. pin.* 441.
Malacca-ſchambu. *Rheed. mal.* 1. *p.* 27. *t.* 17.
Katagombu. Katagabbu. *Herm. zeyl.* 19.

Deſcr. Folia *oppoſita, petiolata, integerrima, inferiora ovalia, nec longiora; ſumma lanceolata, longiſſima.*

189. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis unifloris infra folia.
Eugenia. *Roy. lugdb.* 265.
Eugenia indica, myrti folio deciduo, flore albo, fructu ſuaverubenti molli leviter ſulcato & odoro. *Mich. gen.* 226. *t.* 108.
Myrtus indica, foliis rigeſcentibus latis ac recurvis parum odoratis. *Till. piſ.* 117. *t.* 44.

Obſ. *Inter pictas Hermanni habetur.*

190.

190. EUGENIA foliis crenatis, pedunculis terminantibus, pomis oblongis acutangulis.
Jambos ſylveſtris Samſtravadi dictus alter. *Raj. hiſt.* 1480. *Comm. mal.* 36.
Nuciprunifera arbor orientalis, caſtaneæ equinæ foliis, fructu longo corticoſo craſſo tetragono ſummo apice umbilicato nucleum nudum anguloſum includente. *Pluk. alm.* 266.
Tſieria-ſamſtravadi. *Rheed. mal.* 4. *p.* 51. *t.* 7.
Deſcr. Folia *ad ramorum fines, perfecte Eſculi ſive Hippocaſtani, obverſe ovata, acutiuſcula, tenuiſſime ſerrata.* Racemus *terminans, ſimplex, longiſſimus.* Flores *parvi:* ſtaminibus & piſtillis *longiuſculis.*

191. EUGENIA foliis crenatis, pomis ovatis, racemo longiſſimo.
Jambos ſylveſtris malabarica Samſtravadi dictus. *Raj. hiſt.* 1479. *Comm. mal.* 36.
Samſtravadi ſive Caibatſiambu. *Rheed. mal.* 4. *p.* 11. *t.* 16.
Deſcr. Pedunculi *ſimplices, longiſſimi, foliis longiores, penduli.* Poma *rotundata, nec angulis acutis inſtructa. Inter pictas Hermanni occurrit.*

PSIDIUM.

192. PSIDIUM caule quadrangulo. *Hort. cliff.* 84.
Guajava. *Cluſ. exot.* 346. *Raj. hiſt.* 1455. *Tournef. inſt.* 660.
Guajava alba dulcis. *Comm. hort.* 1. *p.* 121. *t.* 63.
Guajava alba acida, fructu rotundiori. *Pluk. alm.* 181. *t.* 193. *f.* 4.
Guajabo pomifera indica. *Bauh. pin.* 437.
Guajavos fructu pallido dulci. *Burm. zeyl.* 113.
Guajaves. *Mer. ſurin.* 57. *t.* 57. & 19. *t.* 19.
Pela. *Rheed. mal.* 3. *p.* 31. *t.* 34.
Pera. *Herm. zeyl.* 3.
Obſ. *In Hortis Botanicis notiſſima Arbor.*

Claſſis XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

NYMPHÆA.

193. NYMPHÆA foliis undique integris. *Hort. cliff.* 203.

Nymphæa indica maxima: Faba ægyptia. *Herm. prodr.* 358.

Nymphæa indica Faba ægyptia dicta, flore incarnato. *Herm. parad.* 205. *t.* 205. *Raj. app.* 632.

Nymphæa alba indica maxima, flore albo, fabifera. *Burm. zeyl.* 173.

Nymphæa fabifera, indiæ paludibus gaudens, foliis umbilicatis amplis, pediculis ſpinoſis, flore roſeo purpureo. *Pluk. alm.* 267. *t.* 207. *f.* 5. & *t.* 322. *f.* 1. opt.

Nymphæa glandifera batavica javorum. *Stap. theophr.* 445. *t.* 446.

Nymphææ adfinis malabarica, flore amplo roſeo albicante colore. *Comm. mal.* 48.

Tamara. *Rheed. mal.* 11. *p.* 59. *t.* 30.

Nelumbo zeylanenſium. *Tournef. inſt.* 261.

Nelumbo. *Herm. zeyl.* 66.

β Nymphææ adfinis malabarica, folio & flore amplo colore candido. *Comm. mal.* 48. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 31. *Raj. app.* 632.

Bem-Tamara. *Rheed. mal.* 11. *p.* 61. *t.* 31.

Obſ. Folia *peltata, orbiculata, integra ac integerrima.* Fructus *ſuperne planus ibique variis foraminibus ſemina emittens.* Flos *Nymphææ albæ.*

194. NYM-

194. NYMPHÆA foliis cordatis dentatis.
Nymphæa indica crenata, flore pleno candido. *Pluk. alm.* 267.
Nymphæa indica tuberoſa, foliis per marginem crenatis, flore incarnato, ſive Lotus ægyptia Theophr. *Burm zeyl* 173.
Nymphæa ægyptiaca alba, folio crenato, radice tuberoſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 513.
Nymphæa alba major ægyptiaca ſive Lotus ægyptia. *Park. theatr.* 1251. *Raj. hiſt.* 1321.
Nymphæa indica, flore candido, folio in ambitu ſerrato. *Comm. mal.* 48. *Sloan. flor.* 120. *hiſt.* 1. *p.* 252. *Raj. app.* 630.
Nymphæa malabarica alba, crenatis foliis, radice fibroſa, floribus ex albo roſeis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 512.
Nymphæa ſ. Nuphar. *Veſl. ægypt.* 42.
Lotus ægyptia. *Alp. ægypt.* 103. *exot.* 213. *Stapel. theophr.* 480.
Ambel. *Rheed. mal.* 11. *p.* 51. *t.* 26.
Obſ. *Figura floris* & Foliorum *Nymphææ albæ, ſed horum margo denticulatus, qua nota a Nymphæa noſtrate manifeſte differt.*

CAMBOGIA.

195. CAMBOGIA.
Cambogium. *Dal. pharm.* 357.
Carcapuli. *Baub. hiſt.* 437. *Raj. hiſt.* 1661.
Cacapuli acoſtæ, fructu malo aureo ſimili. *Pluk. alm.* 81.
Arbor indica gummi guttam fundens, fructu dulci rotundo ceraſi magnitudine, Carcapuli acoſtæ. *Burm. zeyl.* 27.
Arbor indica, quæ gummi guttam fundit, fructu acido ſulcato mali magnitudine. *Comm. mal.* 66.
Coddom-pulli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 41. *t.* 24.
Gæthaghoraka. *Herm. zeyl.* 23.

Kannawakoraka, Kæpnaykoraka. Ghokathu. Ghoraka. *Herm. zeyl.* 26.

Pharm. GUTTÆ GUMMI *Succus.*

Deſcr. Rami *oppoſiti.* Folia *lanceolato-ovata, integerrima, petiolata, oppoſita.* Flores *verticillati, ſeſſiles.*

EUPHORBIA.

196. EUPHORBIA inermis fruticoſa ſubnuda filiformis erecta, ramis patulis determinate confertis. *Hort. cliff.* 196.

Tithymalus ramoſiſſimus fruteſcens pene aphyllos. *Herm. prodr.* 381. *Burm. zeyl.* 223.

Tithymalus arboreſcens, caule aphyllo. *Pluk. phyt.* 319. *f.* 9.

Tithymalus indicus fruteſcens. *Comm. hort.* 1. *p.* 27. *t.* 14.

Tithymalus orientalis articulatus junceus aphyllos. *Herm. zeyl.* 50. *Burm. zeyl.* 223.

Muwakirya. *Herm. zeyl.* 63.

197. EUPHORBIA inermis, foliis oppoſitis ovalibus ſerratis uniformibus, pedunculis capitatis axillaribus.

Tithymalus botryoides zeylanicus, cauliculis villoſis. *Burm. zeyl.* 223. *t.* 104.

Tithymalus botryoides zeylanicus hirſutus. *Herm. zeyl.* 31.

Tithymalus botryoides major zeylanicus procumbens, foliis & cauliculis villoſis. *Pluk. alm.* 273. *Raj. app.* 428.

Tithymalus indicus annuus dulcis botryoides geniculatus. *Herm. prodr.* 382.

Deſcr. Caulis *herbaceus, piloſus.* Folia *ovato-lanceolata, ſerrata, oppoſita, ſeſſilia, acuta; ex ſingula ala alterna Pedunculus* flores *in globum collectos ferens.*

198. EUPHORBIA inermis, foliis oppoſitis oblique cordatis obtuſis ſerratis, pedunculis multifloris.
Tithymalus humilis ramoſiſſimus hirſutus, foliis thymi ſerratis. *Burm. zeyl. 225. t. 105. f. 3.*
Pithawaka. *Herm. zeyl. 13.*
Obſ. *Planta noſtra glabra eſt, Chamæſyces omnino facie.*

199. EUPHORBIA aculeata triangularis ſubnuda articulata, ramis patentibus. *Hort. cliff. 196.*
Euphorbium trigonum ſpinoſum rotundifolium. *Iſnard. act. 1720. p. 570. Burm. zeyl. 96.*
Euphorbium antiquorum verum. *Comm. hort. 1. p. 23. t. 12.*
Schadidacalli. *Rheed. mal. 2. p. 81. t. 42.*
β Euphorbium trigonum & tetragonum ſpinoſum, ramis compreſſis. *Iſnard. act. 1720. p. 500. Burm. zeyl. 96.*
Tithymalus aizoides triangularis & quadrangularis articuloſus & ſpinoſus, ramis compreſſis. *Comm. præl. 21. 55. t. 5.*
Rangiferi cornua referens planta zeylanica, Sandricalli zeylonenſibus. *Herm. prodr. 368.*
Pharmac. EUPHORBII *Gummi*, ☉.
Obſ. *Planta hodie in Hortis Europæis frequens.*

200. EUPHORBIA aculeata ſeminuda, angulis oblique tuberculatis. *Hort. cliff. 196.*
Euphorbium ſpinoſum, amplo nerii folio. *Iſnard. act. 1720. p. 501.*
Euphorbio-Tithymalus ſpinoſus, caule rotundo & anguloſo, foliis nerii latioribus & anguſtioribus. *Burm. zeyl. 95.*
Tithymalus zeylanicus ſpinoſus arboreſcens. *Herm. prodr. 381.*
Tithymalus indicus ſpinoſus, nerii folio. *Comm. hort. 1. p. 25. t. 13.*

Tithymalus aizoides arboreſcens ſpinoſus, caudice angulari, nerii folio. *Comm. præl.* 22. 16. *t.* 6.

Tithymalus arbor indica ſpinoſa, foliis latis linguæ caninæ facie. *Herm. zeyl.* 54.

Ela-calli. *Rheed. mal.* 2. *p.* 83. *t.* 43.

Obſ. *Planta, uti præcedens, in Hortis Europæis notiſſima.*

CALOPHYLLUM.

201. CALOPHYLLUM foliis ovalibus.

Kalophyllodendron indicum, folio ſubrotundo. *Vaill. act.* 1722. *p.* 283.

Inophyllum flore octifido. *Burm. zeyl.* 131.

Nucifera arbor ſempervirens indiarum, prælongis foliis venuſte venoſis. *Pluk. mant.* 136.

Prunifera ſive Nuciprunifera malabarica, foliis nymphææ, fructu rotundo, cortice pulvinato. *Raj. hiſt.* 1525. *Comm. mal.* 56.

Arbor indica, mali medicæ amplioribus foliis, maderaſpatana. *Pluk. alm.* 41. *t.* 147. *f.* 3.

Nux benghalenſis juglandifolia, fructu orbiculari. *Pluk. alm.* 265.

Nux indica, foliis ſubrotundis lævibus ſplendentibus, reſinoſa. *Amm. char.* 371.

Nux zeylanica rotunda exitioſa, folio rigido glabro ſplendente. *Burm. zeyl.* 170.

Ponna ſive Ponna-maram. *Rheed. mal.* 4. *p.* 79. *t.* 38.

Domba. Doba. *Herm. zeyl.* 15. 28.

Deſcr. Flores *tetrapetali.* Calyx *magnitudine petalorum. Flores magis racemoſi & folia duodecies majora quam in ſequenti.* Folia *ſpithamæa, palmum lata, ſtriis transverſis diſtantibus exarata.*

202. CALOPHYLLUM foliis ovatis obtuſis.

Calophyllon foliis ovatis obtuſis, ſtriis parallelis transverſis. *Hort. cliff.* 206.

Kalophyllodendron indicum, folio & fructu minori. *Vaill. act.* 1722. *p.* 283.

Ca-

Calaba folio citri ſplendente. *Plum gen.* 39.
Inophyllum flore quadrifido. *Burm. zeyl.* 130. *t.* 60. *opt.*
Cornus malabarica, foliis nymphææ. *Raj. hiſt.* 1537. *Comm. mal.* 23.
Tſierou-ponna. *Rheed. mal.* 4. *p.* 81. *t.* 39.
Kina. *Herm. zeyl.* 11. 29. 24.

Deſcr. Rami *oppoſiti quadrangulares.* Folia *ovata, obtuſa, interdum emarginata, pollices duos longa, ſtriis contiguis transverſim ſtriata.* Flores *magis corymboſi.*

MESUA.

203. MESUA foliis lanceolatis.
α Arbor Naghas ſive ferrea dicta. *Burm. zeyl.* 28.
Naghas, Naghaha. *Herm. zeyl.* 7.
β Caſtanea indica florida. *Raj. hiſt.* 1680. *Comm. mal.* 19.
Belutta-tſiampacam ſive Caſtanea roſea indica. *Rheed. mal.* 3. *p.* 63. *t.* 53.

Deſcr. *Arbor* foliis *oppoſitis, lanceolatis, ramorum internodiis (quibus inſident) quinquies longioribus, integerrimis, ſupra glabris, viridibus, ſubtus glaucis & quaſi roridis glabrisque,* petiolis *breviſſimis.* Flos *in ſingula ala foliorum ſeſſilis.* Calyx *tetraphyllus: foliolis ovatis, (duobus exterioribus oppoſitis paulo minoribus), perſiſtentibus.* Petala *quatuor, maxima, rotundata.* Stamina *numeroſiſſima:* filamentis *longitudine corollæ, capillaribus;* antheris *ſubrotundis.* Germen *ſubrotundum, intra calycem;* ſtylus *craſſus, cylindricus, longitudine ſtamiuum;* ſtigma *capitatum; adeoque varietas malabaricæ.*

VATERIA.

204. VATERIA.
Amygdalo adfinis indica, fructu umbilicato, nucleo nudo,

nudo, cortice pulvinato trifido tecto. *Raj. hiſt.* 1482. *Pluk. alm.* 28. *Comm. mal.* 4.

Paenoe. *Rheed. mal.* 4. *p.* 33. *t.* 15.

Obſ. *Planta ſicca in tomo quarto, ſed mutilata, ut deſcriptio tradi nequeat.*

DELIMA.

205. DELIMA.

Fructus indicus ſarmentoſus, foliis hiſpidis rigidis. *Burm. zeyl.* 101.

Koroswæl. *Herm. zeyl.* 19.

Deſcr. *Arbor* foliis (*Fagi*) *ovatis, ſcabris, ſerratis, plicatis, nervoſis, alternis, petiolatis.* Panicula *florum laxa, nuda, foliis longior ex alis ſingulis, ſubvilloſa.* Flores *pedunculati.*

ELÆOCARPUS.

206. ELÆOCARPUS.

Elajocarpos folio lauri ſerrato, floribus ſpicatis. *Burm. zeyl.* 39. *t.* 40.

Olea ſylveſtris malabarica, fructu dulci. *Raj. hiſt.* 1546. *Comm. mal.* 48.

Prunus zeylanica, lauri folio, Veralu cingalenſibus. *Raj. dendr.* 42.

Prunus racemoſa, celaſtri folio. *Pet. muſ.* 672.

Perin-kara. *Rheed. mal.* 4. *p.* 51. *t.* 24.

Weralu. *Herm. zeyl.* 9. 22.

Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, ovalia ſive ovali-oblonga, obtuſiuſcula, glabra, venoſa, obtuſe ſerrata, petiolata, baſi inſtructa duplici glandula.* Racemi *axillares, ſimplices, laxi, ſolitarii, longitudine foliorum.*

MICROCOS.

207. MICROCOS panicula terminatrice.

Microcos foliis alternis oblongis acuminatis. *Burm. zeyl.* 159. *t.* 74.

Cor-

Cornus malabarica, folio cuſpidato, oſſiculo tomento obſito. *Comm. mal.* 80.
Schageri-Cottam. *Rheed. mal.* 1. *p.* 105. *t.* 56.
Kohukirilla. *Herm. zeyl.* 10.
Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, ovato-oblonga, acuminata, vix manifeſte ſubcrenata, ſubnervoſa, petiolata, ſcabriuſcula.* Flores *terminatrices, paniculati.* Calyces *tomentoſi.*

208. MICROCOS pedunculis axillaribus confertis dichotomis.
Hamdamanias. *Herm. zeyl.* 3. *Burm. zeyl.* 113.
Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, petiolata, cordata, obtuſiuſcula, glabra, venoſa, obtuſe ſerrata.* Stipulæ *dimidiato-ovatæ, utrinque acutæ, latere adfixæ.* Pedunculi *ex alis, plurimi, longitudine petiolorum, aliquoties dichotomi, apice fructificantes.* Calyx *pentaphyllus, raro deciduus.* Petala *quinque, minima.* Stamina *numeroſa, capillaria, longa.* Piſtilli ſtigma *trifidum aut quadrifidum.* Fructus *ignotus.*

OCHNA.

209. OCHNA.
α Jabotapita cinnamomi folio, floribus ſpicatis. *Burm. zeyl.* 123. *t.* 56.
Arbuſcula folio pyri, fructibus oblongis lapideis, Malikira dicta. *Burm. zeyl.* 32.
Malkira. *Herm. zeyl.* 9.
β Arbor africana, ſubrotundo folio: margine denticulis acutis aſpero, floribus pentapetalis atro-purpureis. *Pluk. alm.* 41. *t.* 263. *f.* 1. 2.
γ Jabotapita pyramidato flore luteo, fructu rubro. *Plum. gen.* 42.
Jabatopita. *Marcgr. braſ.* 101. *Piſ. braſ.* 166.
Arbor baccifera racemoſa braſilienſis, bacca trigona prolifera. *Raj. hiſt.* 1632.
Deſcr. Planta *zeylanica* α, *cum* Plukenetii β *certe eadem, licet hujus folia magis ovata, zeylonicæ ovato-*

to-lanceolata, tenuiſſime & acutiſſime ſerrata. Accedit ſingularis nota, qua racemi perſiſtunt infra folia, valde ſquarroſa poſt caſum florum & pedunculorum. Calyx *quinquepartitus, perſiſtens: foliolis ovatis, obtuſis.* Corollæ *non aderant in ſpecimine, ſed deciderant.* Stamina *numeroſa, brevia.* Germen *ovale, trigonum.* Stylus *filiformis, longitudine calycis.* Stigma *ſimplex.* Bacca *ovalis, cui verſus apicem inſident duæ, tres vel quinque baccæ ovatæ, minores, monoſpermæ,* ſemine *ovato.*

CAPPARIS.

210. CAPPARIS aculeis geminis, foliis ovatis utrinque acutis.

Capparis ſpinoſa, foliis oblongis. *Herm. zeyl.* 7. *Burm. zeyl.* 53.

Capparis zeylanica, duplicatis ſpinis, folio acuto. *Pet. muſ.* 625.

Deſcr. *Parum recedit a Capparide aculeata* Hort. cliff. 203. *utrum vero ſpecie ſufficienter diſtincta ſit, quamdiu fructus ignotus, difficile determinatur. Huic* folia *alterna, remota, obtuſiuſcula cum acumine, integerrima, in petiolos deſinentia, ſubpetiolata.* Aculei *ad exortum petiolorum bini, acuti, recurvi.* Pedunculi *axillares, uniflori, longiores.*

CRATEVA.

211. CRATEVA inermis.

Crateva. *Hort. cliff.* 484.

Tapia arborea triphylla. *Plum. gen.* 22.

Tapia. *Marcgr. braſ.* 98. *Piſ. braſ.* 68. *t.* 69.

Apioſcorodon ſive arbor americana triphyllos, allii odore, poma ferens. *Pluk. alm.* 34. *t.* 137. *f.* 7.

Arbor trifolia, flore ſtamineo, fructu ſphærico ferrugineo ſcabro minore, allii odore. *Sloan. flor.* 208. *hiſt.* 2. *p.* 169. *Raj. dendr.* 79.

Nürvala. *Rheed. mal.* 3. *p.* 49. *t.* 22.

Obſ. *Habetur inter pictas Hermanni.*

212. CRATEVA ſpinoſa.

Cucurbitifera trifolia indica, fructus pulpa cydonii æmula. *Raj. hiſt.* 1665.

Cucurbitifera trifolia ſpinoſa indica, fructus pulpa cydonii æmula. *Pluk. alm.* 125. *t.* 170. *f.* 5.

Cydonia exotica. *Bauh. pin.* 435.

Cydonia exotica quæ Marmelos arbor. *Burm. zeyl.* 84.

Covalam. *Rheed. mal.* 3. *p.* 37. *t.* 37.

Beli. Beliglas. *Herm. zeyl.* 46. 60.

Obſ. *Habetur & hæc ſpecies tantum inter non exſiccatas, ſed pictas Hermanni, hinc in genus accuratius inquirant alii, cum flores pentapetali a Rheede deſcribantur.*

CORCHORUS.

213. CORCHORUS capſulis oblongis ventricoſis, foliorum infimis ſerraturis ſetaceis reflexis.

Corchorus foliorum infimis ſerraturis ſetaceis maximis reflexis *Hort. cliff.* 209.

Corchorus, quod Eryſimum latifolium, ſeſami ſiliquis. *Burm. zeyl.* 75.

Corchorus. *Cam. hort. t.* 12.

Corchorus plinii. *Bauh. pin.* 317. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 283. *ſ.* 3. *t.* 15. *f.* 4.

Melochia. *Alp. ægypt.* 45. *t.* 45.

Alcea cibaria vel Corchorus americana, carpini foliis, ſextuplici (quintuplici rectius) capſula prælonga. *Pluk. alm.* 17. *t.* 127. *f.* 3.

Eryſimum latifolium, ſeſami ſiliquis. *Herm. zeyl.* 31. an Æpala *Herm. zeyl.* 10?

Deſcr. *Planta in hortis vulgaris*; capſula *quinquelocularis, quinquevalvis, obtuſa, longa, ſubventricoſa.*

214. CORCHORUS capſulis ſubrotundis depreſſis rugoſis.

Corchorus foliorum infimis ſerraturis minoribus. *Hort. cliff.* 210.

Alcea

Alcea olitoria ſive Corchorus americana, prælongis foliis, capſula ſtriata ſubrotunda brevi. *Pluk. alm.* 18. *t.* 255. *f.* 4.

Deſcr. *Habetur hæc inter pictas Hermanni.* Folia *oblonga, acuminata, ſerrata: infimis ſerraturis ſetaceis, ſed non reflexis.* Capſulæ *ſubrotundæ, ſulcatæ, nodoſæ, apice depreſſæ, ſeſſiles. Figura Plukenetii optima, ſed fructus in Hermanni figura ſeſſiles.*

MIMOSA.

215. MIMOSA ſpinis ſolitariis, foliis duplicato-pinnatis, floribus ſpicatis.

Acacia ſpinoſa ex alis ſpicata, foliis pennas avium referentibus. *Burm. zeyl.* 3. *t.* 2. *

Acacia maderaſpatana, minutiſſimis foliis, aculeis ferocibus alternis, frondoſa, cortice itidem cinereo. *Pluk. alm.* 3. *t.* 121. *f.* 5.

Andara, Kukulughas. *Herm. zeyl.* 24.

Deſcr. Caulis *ramoſus, lævis.* Spinæ *vel ramos terminant, vel ex alis ſolitariæ, rectæ, longæ.* Folia *lanceolata, duplicato-pinnata, tenuiſſima.* Spicæ *florum oblongæ, ovatæ aut cylindricæ, pedunculatæ, axillares, ſolitariæ. Aculei nulli in planta præter ſpinas.*

216. MIMOSA aculeata, foliis duplicato-pinnatis numeroſiſſimis lineari-aceroſis, panicula aculeata, capitulis globoſis.

Acacia aculeata multiflora, foliis pennas avium referentibus. *Burm. zeyl.* 2. *t.* 1.

Acacia zeylanica, floſculis globoſis luteis, foliis pinnatis tenuiſſime inciſis, ſpinis minoribus. *Herm. zeyl.* 30. *Burm. zeyl.* 3.

Deſcr. *Fruteſcens.* Panicula *ramoſiſſima, nuda, ramos caulemque terminans.* Aculei *parvi, ſparſi per caulem & paniculam.* Florum capitula *globoſa.* Folia *duplicato-pinnata ex* 12 *à viginti foliorum partialium paribus, cum poro oblongo mellifero ad baſin*

ſin petioli univerſalis. Foliola *linearia & fere capillaria, numero infinita. In hac nulli aculei in petiolis pedunculisque, certe nulli in ſpecimine.* Glandula *ſupra baſi petiolorum.*

217. MIMOSA aculeata, foliis duplicato-pinnatis, foliolis ovali-oblongis oblique acuminatis.

Acacia zeylanica ſarmentoſa, flore luteo globoſo. *Herm. zeyl.* 34. *Burm. zeyl.* 3.

Acacia ſpinoſa indiæ orientalis, foliis ſubtus cæſiis, floribus globoſis luteis. *Pluk. mant.* 1. *t.* 330. *f.* 3.

Hinghumwæl. Tſiawæl. *Herm. zeyl.* 24.

Deſcr. Folia *duplicato-pinnata, obtuſa, lata, ex* 5, 6 *aut* 7. *foliolorum paribus*: foliola *ſingula ex* 12--16. *pinnarum paribus: pinnæ lanceolato-ovales, antrorſum acuminatæ, pone lineam longitudinalem latiores*; glandula *mellifera oblonga, ſupra baſi petiolorum.* Aculei *recurvi, ſparſi in caule, petiolis univerſalibus & partialibus.* Pedunculi *ſimplices, laterales.* Panicula *aculeata floribus capitatis.*

218. MIMOSA foliis bigeminis (acuminatis).

Ceratiæ quodammodo adfinis, majoribus & longioribus foliis, ex india orientali, fabis atro-nitentibus. *Pluk. alm.* 95.

Arbor indica ſiliquoſa, flore pentapetalo, ſiliquis in ſpicam contortis lanuginoſis. *Raj. hiſt.* 1746.

Katou-conna. *Rheed. mal.* 6. *p.* 21.

Ulhænda. *Herm. zeyl.* 25. *Burm. zeyl.* 231.

Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna.* Petioli *bifidi, in ſingulo apice duo foliola, adeoque folia bigemina.* Foliola *lanceolato-ovata, (Lauri figura) glabra, integerrima, acuminata.* Flores *paniculati, ex alis & ramorum extremitatibus, ſparſi, polyandri, monopetali, germine pedicello inſidente.*

Obſ. *Differt a* Mimoſa foliis bigeminis *(obtuſis)*, Hort. cliff. 207. *quod Zeylanicæ folia Lauriformia*

 nec

nec obtuſa, altero latere anguſtiora, aliquoties majora. Fructum non vidi.

219. MIMOSA foliis duplicato-pinnatis, cirrho terminatis.
Acacia ſcandens ſpicata, ſiliquis ampliſſimis. *Plum. ſpec.* 11.
Entada. *Rheed. mal.* 9. *p.* 151. *t.* 67.
Deſcr. Caulis *lævis, anguſtus.* Folia *alterna, duplicato-pinnata absque impari: rachi cirrho bifido terminatu. Folia partialia oppoſita absque impari aut cirrho, conſtantia Foliolis* 3, 4 *aut* 5 *paribus, obverſe ovatis, retuſis.* Pedunculus *ex ala folii cum ſpica longiſſima, ut in Sanguiſorba Canadenſi.*

XYLON.

220. XYLON foliis digitatis, caule inermi.
Xylon caule inermi. *Hort. cliff.* 75.
Ceiba viticis folio, caudice glabro. *Plum. gen.* 42.
Goſſipium indicum, ſalicis folio, fructu quinquecapſulari. *Raj. hiſt.* 1894.
Goſſipium arboreum orientale, foliis ſalicis digitatis latioribus. *Herm. lugdb.* 294.
Goſſipium javanenſe, ſalicis folio. *Bauh. pin.* 430.
Lanifera arbor peregrina. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 347.
Panja. *Rheed. mal.* 3. *p.* 59. *t.* 49. 50. 51.
Obſ. *In Hortis Europæis non infrequens.*

221. XYLON foliis digitatis, caule aculeato.
Xylon caule aculeato. *Hort. cliff.* 75.
Xylon arboreum, caule ſpinoſo. *Tournef. inſt.* 101.
Ceiba viticis foliis, caudice aculeato. *Plum. gen.* 42.
Goſſypium arboreum, caule ſpinoſo. *Bauh. pin.* 430.
Goſſipium arboreum maximum ſpinoſum, folio digitato, lana ſerica griſea. *Sloan flor.* 159.
Moul-elavou. *Rheed. mal.* 3. *p.* 61. *t.* 52. *Raj. hiſt.* 1899.
Obſ. *Etiam in Hortis Europæis nota arbor.*

222. XYLON foliis quinquelobis acuminatis ſubtus tomentoſis.

Goſſypium fruteſcens annuum, folio vitis ampliori quinquefido, inſulæ providentiæ. *Pluk. alm.* 172. *t.* 188. *f.* 2.

Althæa arbor, folio quinquepartito: ſubtus candicante, religioſa. *Herm. zeyl.* 32.

Ketmia folio quinquefido ſubtus candicante, flore flaveſcente, ſemine tomentoſo. *Burm zeyl.* 136.

Deſcr. Folia *magna, baſi cordata, ſubtus tomentoſa, quinqueloba: lobis ovatis, acuminatis, integerrimis: poſticis minoribus.* Corolla *maxima:* Petalis *emarginatis.* Stamina *numeroſa, diſtincta, corolla longe breviora.* Antheræ *oblongæ, erectæ.* Stylus *filiformis.*

Obſ. *Species* prima *pentandra eſt ſecundum Rheede,* ſecunda *polyandra ſecundum Rajum;* tertia *etiam polyandra, minime monadelpha, ex noſtra obſervatione. Hinc ad Polyandriam hoc genus amandavi.*

HEXAGYNIA.

STRATIOTES.

223. STRATIOTES foliis cordatis.

Sagittariæ affinis malabarienſis, latiſſimo folio, floribus ex albo trifoliatis. *Comm. mal.* 235. *Pluk. alm.* 326.

Ottel-ambel. *Rheed. mal.* 11. *p.* 95. *t.* 46.

Deſcr. Folia *cordata, nervoſa, natantia, inermia.* Scapus *nudus, quadrangularis, uniflorus.* Spatha *bifida.*

POLYGYNIA.

UVARIA.

224. UVARIA.
Uva zeylanica ſylveſtris, mali aurantii ſapore. *Burm. zeyl.* 231.
Frutex baccifer, fructu ad ſingulos flores multiplici. *Raj. hiſt.* 1636.
Narum panel. *Rheed. mal.* 2. *p.* 11 *t.* 9.
Palukena. *Herm. zeyl.* 4.
Deſcr. Arbor *affinis annonæ.* Folia *alterna, ovato-lanceolata, glabra, acuminata, petiolata*; Rami *rugoſi.*

ANNONA.

225. ANNONA foliis lanceolatis glabris nitidis ſecundum nervos ſulcatis. *Hort. cliff.* 222.
Anona ſylveſtris. *Burm. zeyl.* 21.
Ahughas. *Herm. zeyl.* 59.
Deſcr. Folia *exacte lanceolata, utrinque glabra, ſupra nitida, ſecundum nervos aliquos ſulcata.* Rami *punctis ſcabri ſunt.*

ATRAGENE.

226. ATRAGENE cirrhis diphyllis.
Clematis zeylanica hermanni. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 46.
Clematis zeylanica, floribus obſoletis parvis. *Herm. zeyl.* 35. *Burm. zeyl.* 66.
Planta foliis geminatis ex oppoſito longis pediculis inter bina folia capreolo donatis. *Burm. zeyl.* 194.
Narawæl. Ohuwæl. *Herm. zeyl.* 26.
Deſcr. Herba *ſcandens.* Folia *oppoſita, compoſita, petiolata, conjugata (ut in Lathyro) cirrho ſive petiolis diphyllis cirrhoſis*; foliolis *ovatis, petiolulis propriis breviſſimis inſidentibus, integerrimis, rarius dente notatis, trinerviis.* Panicula *terminatrix ex*

pe-

pedunculo bis trifido, novem communiter flores pedunculatos & diſtinctos proferens. Calyx *tetraphyllus: foliolis ovatis, patulis, ſubtus ſubtomentoſis.* Petala *duodecim, anguſtiora, calyce duplo longiora, ſubpurpuraſcentia.* Stamina *calycibus dimidio breviora.* Semina *oblonga, in filum longum plumoſum deſinentia.*

Claſſis XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

LEONURUS.

227. LEONURUS foliis lanceolatis ſubſerratis obtuſiuſculis, calycibus octodentatis.

Cardiaca ſive Leonurus, hysſopi hirſutis foliis, maderaſpatana, floribus dilute rubris, unico tantum verticillo in ramulorum cymis. *Pluk. alm.* 81. *t.* 118. *f.* 4.

Stachys 20. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 383.

Lamium anguſtifolium glabrum zeylanicum, flore albo. *Burm. zeyl.* 138.

Tumbakola. *Herm. zeyl.* 1.

Deſcr. Caulis *pedalis, herbaceus, quadrangularis, pilis ſtrigoſus, in 4 ſive 5 articulos diviſus.* Folia *oppoſita, lanceolata, obtuſiuſcula, ſubpetiolata, obſolete ſerrata, pilis ſubhiſpida.* Rami *oppoſiti ex alis inferioribus.* Flores *in verticillis non modo terminantibus, ſed & (licet rarius) ad genicula, ſeſſilibus;* bracteis *linearibus, acutis, numeroſis, longitudine calycum.* Calyces *octo dentibus, quorum ſummus reliquis major.* Corollæ galea *parva, Cardia-*

cæ inſtar hirſuta; labium inferius *trifidum*; *intermedia productiore, integra.* Singulare, *quod florum verticillis terminantibus ſæpe folia tria ſubjiciantur.*

OCYMUM.

228. OCYMUM foliis lanceolato-ovatis, radice perenni. *Hort. cliff* 315.
Ocymum zeylanicum perenne odoratiſſimum latifolium. *Burm. zeyl.* 174. *t.* 80. *f.* 1.
Ocymum zeylanicum perenne fruteſcens, folio calaminthæ. *Herm. prodr.* 358. *Raj. app* 290.
Baſilicum zeylanicum latifolium odoratiſſimum. *Herm. zeyl.* 35.
Cottam. *Rheed. mal.* 10. *p.* 153. *t.* 77.
Deſcr Folia *lanceolato-ovata, obtuſe ſerrata, longis petiolis innixa.* Spicæ *longæ e verticillis nudis, bracteis copioſis.* Calycis *ſegmenta omnia æqualia &* corollæ *minimæ*; *hinc parum recedit ob Ocymi charactere.*

229. OCYMUM foliis lineari-lanceolatis ſerratis.
Mentha zeylanica ſpicata puſilla, anguſtiſſimo folio dentato. *Burm. zeyl.* 158.
Mentha zeylanica, anguſtiſſimo folio dentato, hermanni. *Raj. app.* 284.
Deſcr. *Herba pedalis, erecta*; caule *brachiato, tetragono.* Folia *oppoſita, lineari- lanceolata, ſubſeſſilis, acute & profunde ſerrata ſuperne, minus & vix verſus baſin*; Spicæ *laxæ, verticillatæ, longæ, ramos terminantes. Flores pedicellis propriis inſidentes.* Calyces *monophylli, tubuloſi, quinquedentati: dentibus duobus inferioribus anguſtioribus.* Corollæ labium ſuperius *quadrifidum, lobis intermediis duobus majoribus, acutioribus*; labium inferius *anguſtum, ſimplex.* Filamenta *quatuor, capillaria, corolla longiora, deflexa.* Stylus *longitudine ſtaminum.* Semina *quatuor.*

AN-

ANGIOSPERMIA.

GMELINA.

230. GMELINA.

Michelia ſpinoſa, floribus luteis. *Amm. act. petr.* 8. *p.* 218. *t.* 18.

Prunus indica ſylveſtris, fructu flavo pyriformi. *Burm. zeyl.* 197. (non ſynonyma.)

Lycium maderaſpatanum indici alpino putati æmulum, foliis minoribus (& majoribus) bijugis & grandioribus aculeis horridum. *Pluk. alm.* 234. *t.* 303. *f.* 3. & *t.* 97. *f.* 2.

Dematha. *Herm. zeyl.* 3. 9. 12. 21.

Deſcr. *Arbor* ramis *teretibus.* Folia *ovata, oppoſita, annua, integerrima, petiolata.* Spinæ *oppoſitæ, intra alas, ab alis ſpatio remotæ, horizontales, teretes, acutæ, foliis nonnullis inſtructæ.* Racemus *terminans, ſimplex*: pedunculis *lateralibus, ſimplicibus, breviſſimis.* Characterem *generis ſiſtimus heic perfectiorem*:

CAL. Perianthium *monophyllum, ſubgloboſum, minimum, obſolete quadridentatum, perſiſtens.*

COR. *monopetala, campanulato-ringens*; tubo *oblongo, ventricoſo.* Limbo *quadrifido: lacinia ſuperiore ampliori, fornicata; inferiori lateralibusque patentibus, rotundatis, minoribus.*

STAM. Filamenta *quatuor, quorum duo incurva, apice verſus majorem corollæ laciniam ſeſe flexa, horum duo duplo craſſiora.* Antheræ *craſſioribus bipartitæ, reliquis ſimplices.*

PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine & figura minorum ſtaminum.* Stigma *ſimplex.*

Obſ. *Reliqua ut in charactere generico* 1019. *Dixi genus a Clariſſimo* J. G. GMELINO, *Prof. Petropolitano, qui Hiſtoriæ naturalis cauſſa plurium anno-*

rum laborioſiſſimo itinere Sibirias & adjacentes remotiſſimas terras ſolus calcavit, ſtupendoque rariorum plantarum numero Botanicen auxit.

VOLKAMERIA.

231. VOLKAMERIA ramis inermibus.

Jaſminum glandiferum fœtidum zeylanicum. *Burm. zeyl.* 127.

Periclymeni ſimilis myrtifolia arbor maderaſpatenſis. *Pluk alm.* 287. *t.* 211. *f.* 4.

Ghurænda. *Herm. zeyl.* 23.

Deſcr. *Arbor* ramis *inermibus.* Folia *oppoſita, ovata, annua, integerrima, petiolata, obtuſiuſcula.* Pedunculi *ex alis ſummis, oppoſiti, ſolitarii, folio paulo breviores, trifidi, triflori, rarius ſimplices & uniflori.* Calyx *campanulatus, denticulato ore.* Corollæ tubus *filiformis, longus;* limbus *quinquefidus.* Staminum *filamenta corolla longiora, capillaria.* Antheræ *oblongæ.* Stylus *craſſitie & longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, capillaria; adeoque e genere Volkameriæ, & adeo adfinis americanæ ſive* VOLKAMERIÆ ramis ſpinoſis, *quæ* DOUGLASSIA Houſt. mſſ. LIGUSTROIDES Hort. cliff. 489. PALIURO adfinis liguſtrifolia ſpinoſa &c. Sloan. flor. 137. hiſt. 2. p. 137. t. 166. f. 2. 3. Raj. dendr. 95. *ut vix, demtis ſpinis, diſtingui queat.*

CLERODENDRUM.

232. CLERODENDRUM foliis ſimplicibus cordatis tomentoſis.

Clerodendron folio lato & acuminato. *Burm. zeyl.* 66. *t.* 29.

Frutex baccifer malabaricus, floribus pentapetalis binis, una bacca nigra in calyce ſtelliformiter expanſo. *Raj. hiſt.* 1571. *Comm. mal.* 31.

Peragu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 41. *t.* 25.

Pin-

Pinnakola, ſive infelix & infortunata. *Herm. zeyl.* 25.54.

Deſcr. *Arbor* ramis *ſubtomentoſis.* Folia *oppoſita, cordata, acuta, venoſa, ſcabriuſcula, magna, integerrima,* petiolis *longitudine foliorum inſidentia.* Panicula *florum ramos terminat ex* pedunculis *brachiatis & per dichotomiam ſubdiviſis.* Calyx *campanulatus, monophyllus, amplus, quinquefidus profunde: laciniis oblongis, acuminatis, æqualibus.* Corollæ tubus *filiformis, longus, anguſtus.* Limbus *brevis, laciniis quinque, obverſe ovatis, æqualibus, duabus inter ſe remotioribus.* Filamenta *quatuor, capillaria, flore duplo longiora, ad hiantem laciniam corollæ.* Antheræ *oblongæ.* Piſtillum *ſtaminum figura & longitudine,* ſtigmate *bifido.*

BARLERIA.

233. BARLERIA foliis integerrimis, ſpinis lateralibus. *Roy. lugdb.* 291.

Prionitis. *Hort. cliff.* 486.

Adhatoda ad alas ſpinoſa & florifera. *Burm. zeyl.* 8.

Adhatoda malabarica tetracantha. *Pet. act.* 20. *n.* 224.

Lycium indicum, ſpinis quaternis ad foliorum ſingulorum exortum. *Kigg. beaum.* 48. *Seb. theſ.* 1. *p.* 21. *t.* 13. *f.* 1.

Melampyro cognata maderaſpatana, ſpinis horrida. *Pluk. alm.* 243. *t.* 119. *f.* 5. *Comm. mal.* 44.

Coletta-veetla. *Rheed. mal.* 9. *p.* 77. *t.* 41. *Raj. app.* 241. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 263.

Kathukarohili. Tſie-mulli. *Herm. zeyl.* 43. 25. 62.

Deſcr. Caulis *herbaceus, rigidus.* Folia *oppoſita, lanceolato-ovata, vel lato-lanceolata, integerrima, in petiolos deſinentia, ex alis rami oppoſiti, at inter ramum & folium ſpina* 4 *radiis acutis ex eodem centro excuntibus.* Flores *ad alas ſeſſiles.* Calyces *acuminato-ſpinoſi.* Stamina *quatuor, quorum duo admodum parva in fundo corollæ,* antheris *parvis in-*

inſtructa. Capſula *mucrone longiuſculo, ſolido, diſſiliens absque internis mucronibus elaſticis, quibus Juſticia inſtruitur.*

RUELLIA.

234. RUELLIA foliis ovatis integerrimis, floribus ſolitariis ſeſſilibus, caule procumbente.

Lychnis articulata repens, folio vincæ pervincæ. *Burm. zeyl.* 144.

Upudali. *Rheed. mal.* 10. *p.* 125. *t.* 64.

Purucwæl. *Herm. zeyl.* 13.

Deſcr. *Herba procumbens.* Caules *ſpithamæi, articulati.* Folia *oppoſita, ovata, integerrima, petiolata, glabra, margine parum repanda vel adeo obſolete crenata, ut margo integer conſpiciatur.* Calyx *in ſingula ala (ſæpius alterna) ſeſſilis, foliolis in ſetas ſubvilloſas deſinentibus.*

Obſ. *Rheede figura duplo major eſt planta Hermanni.*

235. RUELLIA foliis ſerratis, caule repente, floribus terminantibus ſpicatis quinis.

Gentianella utriusque indiæ impatiens, foliis agerati Snop graſs barbadenſibus. *Pluk. mant.* 167. *t.* 186. *f.* 2.

Alſine veronicæ facie, pediculis uncialibus & ſeſquiuncialibus. *Burm. zeyl.* 13.

Hiramoria. *Herm. zeyl.* 17.

Deſcr. *Facies Veronicæ maris offic. ſed longe minor, aut etiam verbenæ nodifloræ.* Folia *ovalia, oppoſita, baſi anguſtiora, acute & profunde ſerrata, præſertim verſus apicem.* Caulis *repens.* Panicula *vel* ſpica *ex floribus pedunculatis, oppoſitis, quinis in ſingula ſpica, inſidentibus communi & propriis pedunculis.* Capſulæ *ſubulatæ, calyce triplo longiores.* Katu-pee-tſianga-puſpam. Rheed. mal. 9. p. 113. *t.* 58. *huic ſatis ſimilis, ſed folia & flores quadruplo majora.*

BIGNONIA.

236. BIGNONIA foliis duplicato-pinnatis: foliolis integris acutis utrinque æqualibus.

Bignonia arbor indica, foliis cordiformibus. *Tournef. inſt.* 165.

Clematis arborea malabarica maxima, juglandis folio, pinnis rotundioribus, flore albicante ampliſſimo fœtido, ſiliqua compreſſa latiſſima. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 34. *Comm. mal.* 20.

Arbor ſiliquoſa malabarica, cordato folio, fructu maximo oblongo plano, ſemine membranaceo. *Raj. hiſt.* 1741.

Palega pajaneli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 177. *t.* 43.

Obſ. *Habetur tantum inter pictas Hermanni.*

SESAMUM.

237. SESAMUM foliis ovato-oblongis integris. *Hort. cliff.* 318.

Seſamum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 897. *Dod. pempt.* 531. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 282. *ſ.* 5. *t.* 15. *f.* 3. *Riv. mon.* 20.

Seſamum veterum. *Bauh. pin.* 27. *Sloan. flor.* 59.

Digitalis orientalis Seſamum dicta. *Tournef. inſt.* 165. *Burm. zeyl.* 87. *t.* 38. *f.* 1.

Sempſen. *Alp. ægypt.* 47. *t.* 47.

Schit-elu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 105. *t.* 54.

Tala. *Herm. zeyl.*

Pharmac. SESAMI *Semina.*

RHINANTHUS.

238. RHINANTHUS foliis ſublanceolatis piloſis integerrimis.

Hyſſopus zeylanicus tenellus pratenſis. *Burm. zeyl.* 122.

Welakola. Wila. *Herm. zeyl.* 20.

Deſcr. *Herba ſpithamæa.* Caulis *erectus, ſimpliciſſimus, tetragonus, pilis hiſpidus.* Folia *oppoſita, ovali-lanceolata, pilis ſcabra, integerrima (certe in noſtro ſpecimi-*

cimine), parva. Flores *ex alis ſuperioribus, ſeſſiles, ſolitarii, oppoſiti, ſecundum unum latus verſi; horum* Calyx *monophyllus, ventricoſus, compreſſus, ſemiquadrifidus, acutus.* Corolla *monopetala, ringens.* Stamina *didynamiæ;* antheris *bifidis, barbatis.* Stylus *unicus.* Capſula *ſubrotunda, compreſſa, bivalvis, bilocularis, diſſepimento valvis contrario.*

Claſſis XV.

TETRADYNAMIA.

SILIQUOSA.

CLEOME.

239. CLEOME floribus gynandris. *Hort. cliff.* 341.
Sinapiſtrum indicum pentaphyllum, flore carneo, minus non ſpinoſum. *Herm. lugdb.* 564. *Burm. zeyl.* 216. *Sloan. flor.* 80.
Sinapiſtrum pentaphyllum, flore albo. *Plum. ſpec.* 6.
Papaver corniculatum acre quinquefolium ægyptiacum minus, flore carneo, non ſpinoſum. *Pluk. alm.* 280.
Lupinus ægyptius ſylveſtris. *Veſl. ægypt.* 209. *t.* 209.
Lupinus arabibus ponæ. *Barr. rar. t.* 1235.
Pentaphyllum peregrinum ſiliquoſum bivalve minus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 289.
Quinquefolium ſiliquoſum. *Alp. exot.* 322.
Quinquefolium lupini folio. *Bauh. pin.* 326.
Cara veela. *Rheed. mal.* 9. *p.* 43. *t.* 24.
Welakola. *Herm. zeyl.* 1. 30.
Deſcr. *Herba* foliis *digitatis, quinatis, petiolatis: foliolis obverſe ovatis, acutis, ſerrulatis, glabris, ſeſſilibus.* Fo-

Folia floralia *ternata, ſubſeſſilia, minima, obtuſa.* Pedunculi *alterni.* Germen *intra florem longo pedicello inſidens, ad cujus germinis baſin* ſtamina *ſex*; petala *quatuor, adſcendentia ad ſuperius latus.*

240. CLEOME floribus icoſi-tetrandris, foliis quinatis.
Sinapiſtrum zeylanicum pentaphyllum viſcoſum, flore flavo. *Burm. zeyl.* 215. *t.* 99.
Deſcr. *Herba* caule *erecto*, *viſcido-piloſo.* Folia *omnia quinata, petiolata, foliolis integerrimis.* Corollæ *luteæ.* Stamina *brevia, viginti quatuor.* Siliqua *teres, ſubulata, craſſiuſcula, villoſa.*

241. CLEOME floribus dodecandris, foliis ternatis.
Sinapiſtrum zeylanicum triphyllum & pentaphyllum viſcoſum, flore flavo. *Mart. cent.* 25. *t.* 25. *Burm. zeyl.* 215.
Papaver corniculatum acre triphyllon indicum, floribus luteis, viſcoſum, Ranmaniſſa cochinenſibus dictum. *Pluk. alm.* 280.
Ana-veela. *Rheed. mal.* 9. *p.* 41. *t.* 23. 29.
Ranmaniſſa. *Herm. zeyl.* 13.
Deſcr. Caulis *herbaceus, erectus, ramoſus, villis viſcidis adſperſus.* Folia *ternata, petiolata: foliolis obverſe ovatis.* Germen *intra florem ſeſſile*; ſtaminibus *duodecim.*

242. CLEOME floribus octandris, foliis ternatis.
Sinapiſtrum indicum triphyllum, ſiliqua maxima, flore albo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 307.
Sinapiſtrum triphyllum pumilum glabrum, floſculo purpureo, ſiliqua membranacea. *Burm. zeyl.* 216. *t.* 100. *f.* 1.
Deſcr. Caulis *herbaceus, longitudine priorum.* Folia *ternata, foliolis lanceolato-ovatis.* *Florum* corolla *alba*, piſtillum *rubrum*; petala *emarginata*: ſtamina *octo*: glandula *ad baſin germinis a latere ſuperiore.* Capſula *craſſa, hiſpida.*

243.

243. CLEOME floribus hexandris, foliis ſimplicibus, ovato-lanceolatis.

Sinapiſtrum zeylanicum viſcoſum, folio ſolitario, flore flavo, ſiliqua tenui. *Burm. zeyl.* 217. *t.* 100. *f.* 2.

Papaver corniculatum acre, ſingulari folio, malabaricum. *Pluk. alm.* 280.

Herba ſiliquoſa indica tetrapetala, ſiliquis longis anguſtis e ſingulis foliorum alis ſingulis. *Raj. app.* 427.

Tſieru-veela. *Rheed. mal.* 9. *p.* 63. *t.* 34.

Ranmaniſſa. *Herm. zeyl.* 10. *bis.*

Deſcr. *Herba erecta, pilis viſcida.* Folia *ovato-lanceolata, omnia ſimplicia, petiolata.* Flores *tetrapetali;* ſtaminibus *longis, tenuiſſimis.* Siliquæ *lineares, minime articulatæ.*

Claſſis XVI.

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

WALTHERIA.

244. WALTHERIA foliis ovatis ſerratis undulatis. *Roy. lugdb.* 348.

Monoſperm-althæa arboreſcens villoſa, flore minore. *Iſnard. act.* 1721. *p.* 278.

Malvinda ulmifolia, floſculis puſillis muſcoſis conſtipatis. *Burm. zeyl.* 149. *t.* 68. *ex figura.*

Melochia foliis oblongis obtuſis ſerratis tomentoſis, floribus confertis. *Hort. cliff.* 343.

Abu-

Abutilon arboreum ſpicatum, betonicæ folio incano, flore minore purpureo. *Sloan. flor. 97. hiſt.* 1. *p.* 21 . *t.* 138. *f.* 2. 3.
Althæa indica, foliis oblongis mollibus betonicæ forma, floſculis exiguis racematim diſpoſitis. *Herm. zeyl.* 30. *Burm. zeyl.* 15. (*non ſynon.*).
Betonica arboreſcens maderaſpatana villoſa, foliis profunde venoſis. *Pluk. alm.* 67. *t.* 50. *f.* 5.
Deſcr. *Frutex* ramis *ſubtomentoſis.* Folia *alterna, ovato-oblonga, obtuſiuſcula, inæqualiter ſerrata, tomentoſa, plicato-undulata, petiolata.* Pedunculi *ex alis, ſolitarii: Capitulis duobus alternis cum foliolo uno alterove, congeſtis ex floſculis pluribus ſeſſilibus.*

DECANDRIA.

MELOCHIA.

245. MELOCHIA floribus ſolitariis, corymbis pyramidatis: pentagonis angulis acutis. *Hort. cliff.* 342.
Malvinda altiſſima, betonicæ folio, floribus ad genicula gemellis. *Burm. zeyl.* 150. *t.* 69. *f.* 1.
Alcea indica alta ramoſa, foliis floribusque minimis. *Herm. zeyl.* 40.

246. MELOCHIA floribus capitatis ſeſſilibus, capſulis ſubrotundis.
Melochia corchori folio. *Dill. elth.* 221. *t.* 176. *f.* 217. *Burm. zeyl.* 156.
Malva indica, ribeſii folio. *Herm. prodr.* 350.
Malva orientalis elatior, longiori folio, flore albo minimo, capitulis conglomeratis. *Pluk. phyt.* 44. *f.* 5.
Althæa peregrina, longiore betonicæ folio, floribus albis perexiguis, capitulis arcte conglomeratis. *Pluk. alm.* 25.
Alcea indica, floſculis albis parvis. *Herm. zeyl.* 65. *Burm. zeyl.* 9.

Si-

Sideritis folio inſipido planta, flore pentapetalo roſei coloris, fructu rotundo in quinque partes diviſo, ſemine triangulo. *Comm. mal.* 61.

Tſieru-uren. *Rheed. mal.* 9. *p.* 143. *t.* 73.

Hinghalkura. *Herm. zeyl.* 43.

Deſcr. Caulis *bipedalis*, *ſubaſper*. Folia *alterna*, *ovato-oblonga*, *rugoſa*, *ſæpe parvo utrinque lobo*, *ſerrata*, *petiolata*. Capitula florum *caulem terminant*, *ſeſſilia*, *ſolitaria*.

247. MELOCHIA racemis terminantibus confertis, capſulis globoſis ſeſſilibus.

Alcea indica, floſculis parvis faſciculatim ramulis adfixis. *Breyn. prodr.* 1. *p.* 2. *Pluk. alm.* 26. *t.* 9. *f.* 5.

Althæa folio viridi, floſculis muſcoſis parvis racematim denſe ſtipatis. *Herm. zeyl.* 31.

Deſcr. *Planta perennis*, *erecta*, *glabra*: *ramis ſtrictis*. Folia *glabra*, *ovato-oblonga*, *ſerrata*, *baſi utrinque ſublobata*, *petiolata*. Racemi *plures*, *faſciculati*, *divaricati a ſe invicem*. Capſulæ *ſeſſiles*, *globoſæ*.

CONNARUS.

248. CONNARUS.

Rhus zeylonicus trifoliatus, phaſeoli facie, floribus copioſis ſpicatis. *Burm. zeyl.* 199. *t.* 89.

Phaſeolus arboreſcens zeylanicus monocarpus Hermanni, Radeliſawæl zeylonenſibus. *Raj. app.* 438.

Arbor trifolia ſiliquoſa ſarmentoſa unicam continens fabam. *Herm. zeyl.* 30.

Radæliſawæl. *Herm. zeyl.* 39. 54.

Deſcr. *Arbor*. Folia *alterna*, *ternata*, *petiolata*: *foliolis ovatis*, *acuminatis*, *integerrimis*, *glabris*, *petiolatis*, *æqualibus*. Racemi *erecti*, *ramos terminantes*. Calyx *ruſeſcens*. *Figura Burmanni quodammodo cum noſtro ſpecimine convenit*, *ſed ejusdem t.* 109. *propius accedit reſpectu pedunculorum craſſiorum*.

Tapomana arbor zeylanica trifolia, ſemine lupini,

ni, Herm. prodr. 373. muſ. 69. lugdb. 536. Burm. zeyl. 209. *an ab hac arbore diverſa?*

HUGONIA.

249. HUGONIA ſpinis oppoſitis revolutis.

Ceraſus zeylanica ſarmentoſa amara ſive cornigera, cortice odore coſti ſeu violaceo. *Burm. zeyl.* 57.

Lauri fructu arbor zeylanica ægoceratos, cortice coſtum olente. *Raj. dendr.* 45.

Frutex baccifer malabaricus, fructu calyculato rotundo monopyreno, Myxſtax dictus. *Raj. hiſt.* 1570. *Comm. mal.* 30.

Modira canni. *Rheed. mal.* 2. *p.* 29. *t.* 19.

Bugæthuawæl. *Herm. zeyl.* 9.

Deſcr. *Arbor cortice inæquali.* Ramuli *breves, alterni, patentes, apice folioſi.* Folia *ovalia, integerrima, glabra, petiolata, conferta.* Flores *ex apice ramorum, plures, conferti: pedunculis propriis, albi.* Cirrhi *ſive* ſpinæ *duæ, in ſingulis ramulis oppoſitæ, breves, rigidæ, revolutæ, ramis parallelæ, infra folia.* Characterem *antea dedimus ex Horto Malabarico; nunc ex ipſa planta eundem emendamus:* Perianthium *coriaceum, pentaphyllum, foliolis ovatis, concavis, perſiſtentibus.* Petala *quinque, ſubrotunda, patentia, magna.* Filamenta *decem, ſubulata, a medio baſin verſus coalita in urceolum, longitudine corollæ;* antheræ *ſubrotundæ, didymæ.* Germen *ovatum, intra filamentorum urceolum;* ſtyli *tres, filiformes, longitudine ſtaminum.* Stigmata *capitata.*

POLYANDRIA.

PENTAPETES.

250. PENTAPETES.

Pteroſpermadendrum ſuberis folio anguloſo ſubtus incano, floribus albis. *Amm. act.* 8. *p.* 215. *t.* 14.

Arbor Champaccæ, ſuberis folio, fructu ligneo ſeminibus alatis referto. *Pet. muſ.* 349.

Welagha. *Herm. zeyl.* 3. *Burm. zeyl.* 33.
Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, perennia, craſſa, duriuſcula, (Quercus Ilicis dictæ ſubſtantia) irregularia ſive ovato-oblonga, baſin verſus anguſtiora, acuminata, a medio extrorſum repanda, petiolata, glabra.* Flores *axillares: facies florum Micheliæ; adfinitas Grewiæ.* Stamina *ſingularia ſunt, ſcilicet* filamenta *quindecim coalita, quorum tertia quæque ſterilis, longior.*

SIDA.

251. SIDA foliis cordato-lanceolatis acuminatis integerrimis.
Sida foliis ovato-lanceolatis, caule paniculato. *Roy. lugdb.* 349.
Althæa ſcammoniæ folio, floſculis albis, zeylanica. *Herm. prodr.* 309.
Alcea orientalis, ſcammoniæ folio, major, floribus albis. *Pluk. alm.* 17. *t.* 74. *f.* 7.
Abutilon periplocæ acutioris folio, fructu ſtellato. *Dill. elth.* 4. *t.* 3. *f.* 3.
Planta ſemine althææ. *Herm. zeyl.* 31. *Burm. zeyl.* 194.
Deſcr. Caulis *herbaceus, altus.* Folia *alterna, petiolata, cordata, ſed valde producta in acumen longiſſimum, integerrima, glabra.* Flores *in panicula terminatrice.* Capſulæ *compoſitæ, ſtellatæ.*

252. SIDA foliis lanceolato-rhomboidibus ſerratis. *Virid. cliff.* 68. *Hort. cliff.* 346. *Gron. virg.* 78.
Malva ulmifolia, ſemine roſtrato. *Tournef. inſt.* 96. *Barrer. amer.* 73.
Malva erecta minor, carpini folio, flore luteo, ſeminibus ſingulis aculeo longiore donatis. *Sloan. flor.* 96. *hiſt.* 1. *p.* 218.
Alcea utriusque indiæ, carpini folio, ſemine ſimplici ariſta donato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 270.

Alcea

Alcea pernambucana, carpini folio, floſculis minimis luteis, ſemine ſimplici roſtro donato. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 528. *ſ.* 5. *t.* 19. *f. ult.* (*mala*).
Althæa peregrina, ſemine roſtrato, flore luteo minimo. *Moriſ blæſ.* 229.
Althæa carpini folio, floſculis luteis. *Bocc. ſic.* 11. *t.* 6. *f.* 2.
Althæa ulmifolia, ſemine roſtrato, herba braſiliana incolis Baſourinha dicta. *Pluk. alm.* 25.
β Malvinda unicornis, folio rhomboide, perennis. *Dill. elth.* 216. *t.* 172. *f.* 212.
γ Althæa indica minima Bæwila zeylonenſibus. *Burm. zeyl.* 15.
Bæwila. *Herm. zeyl.* 17.
Deſcr. Caulis *erectus.* Folia *rhombæo-ovata, ſerrata, obtuſiuſcula, ſubtus tomentoſa.* Pedunculi *ex alis ſolitarii.* Calyces *monophylli, ſtellati.*

253. SIDA foliis orbiculatis plicatis ſerratis. *Hort. cliff.* 346.
Malvinda ſtellata alnifolia. *Dill. elth.* 215. *t.* 172. *f.* 211. *Burm. zeyl.* 150.
Althæa minor, ſubrotundo ulmi folio, maderaſpatana Warra-congee malabarorum. *Pluk. amalth.* 11.
Alcea maderaſpatana ſtellata, Carombu vulgaris facie. *Pet. hort.* 241.
β Malva incana fruteſcens, alni folio. *Herm. prodr.* 350.
Althæa indica, ſplendente folio alni ſubrotundo. *Pluk. alm.* 24.
Alcea indica, alni rotundo viridique folio non cordato. *Raj. app.* 324.
γ Malva indica, folio cordiformi. *Tournef. inſt.* 96.
Malva indica fruteſcens, folio cordato. *Herm. prodr.* 350.
Althæa zeylanica rotundifolia, floſculis luteis parvis, folio bellidis. *Herm. zeyl.* 30.
Althæa indica, latiori folio cordiformi ad ſummum ſinuato. *Pluk. alm.* 26. *t.* 9. *f.* 2.

Alcea zeylanica, folio latiore cordiformi. *Herm. lugdb.* 12. *Raj. hiſt.* 1873.

Hinanoda. *Herm. zeyl.* 40.

Deſcr. *Planta hodie in Hortis Botanicorum frequens, uti præcedens a Clariſſ.* DILLENIO *optime delineata ac deſcripta.*

254. SIDA foliis cordato-ovatis ſerratis, ſtipulis ſetaceis, alis ſpinoſis. *Roy lugdb.* 349.

Sida foliis cordato-ovatis ſerratis, capſulis quinis bicuſpidatis. *Hort. cliff.* 346.

Malva ulmifolia, ſemine cum duplice roſtro. *Tournef. inſt.* 96.

Alcea utriusque indiæ, carpini folio, ſemine duplici ariſta donato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 271.

Alcea, carpini folio, americana fruteſcens, floſculis luteis, ſemine duplici roſtro donato. *Comm. hort.* 1. *p.* 3. *t.* 2.

Alcea virginiana, carpini folio, floſculis minimis luteis, ſemine duplici roſtro vel aculeo prædito. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 528.

Althæa virginiana bidens, pimpinellæ majoris acutiore folio, floſculis luteis minimis. *Pluk. alm.* 25. *t.* 9. *f.* 6.

β Malvinda bicornis, ſanguiſorbæ folio villoſo & glabro. *Dill. elth.* 214. *t.* 171. *f.* 210.

Malva indica, foliis ſubrotundis. *Tournef. inſt.* 96.

Althæa roſtrata cormandelienſis, pimpinellæ majoris folio ſubrotundo, ſemine bicorni. *Pluk. alm.* 26. *t.* 9. *f.* 3.

Kapuæpala. *Herm. zeyl.* 2.

Deſcr. *Hiſtoria plantæ a Clariſſ.* DILLENIO *data ſufficit. Spinæ ſolitariæ, parvæ, erectæ, ſæpe in alis petiolorum.* Folia *ovata, obtuſa, tomentoſa, obtuſe ſerrata.* Pedunculi *uniflori, ſolitarii.* Flores *meridiani.*

MALVA.

255. MALVA foliis cordatis crenatis villoſis, floribus lateralibus congeſtis.
Malva foliis cordatis crenatis villoſis. *Hort. cliff.* 347.
Malvinda bicornis, ballotes folio molli. *Dill. elth.* 211. *t.* 171. *f.* 209. *Burm. zeyl.* 149.
Althæa orientalis bidens, ſubrotundis foliis, floribus parvis luteis. *Pluk. amalth.* 11. *t.* 356. *f.* 1.
Althæa maderaſpatana lutea piloſa bidens. *Pet. hort.* 241.
Althæa maderaſpatana, ſubrotundo folio molli & hirſuto, multipilis ſive ſeminibus ad apicem crinitis. *Pluk. alm.* 25. *t.* 131. *f.* 2.
Althæa americana, betonicæ folio, flore luteo. *Comm. mal.* 3.
Alcea indica minor, ſemine leviter criſpato. *Herm. zeyl.* 42. *Burm. zeyl.* 9.
Katu-uren. *Rheed. mal.* 10. *p.* 107. *t.* 54.
Deſcr. Caules *annui, cubitales, piloſi, ramis breviſſimis.* Folia *cordata, hirſuta, ſerrata, lobulo obſoleto ſæpe utrinque angulata.* Pedunculi *ex alis vel ex apicibus ramorum, congeſti, ſæpe biflori.* Capſulæ 10, *rugoſæ, ſingulæ duplici roſtro armatæ.* Floret *hora meridiana.*

URENA.

256. URENA foliis angulatis. *Hort. cliff.* 348.
Urena ſinica, xanthii facie. *Dill. elth.* 430. *t.* 319. *f.* 412.
Trifolio adfinis indiæ orientalis, xanthii facie. *Breyn. cent.* 82. *t.* 35.
Deſcr. Folia *obſolete quinqueloba, utrinque viridia, nec ſubtus villoſa.*

257. URENA foliis ſinuato-multifidis villoſis.
Althæa zeylanica, fructu hiſpido lappaceo. *Amm. hoſ.* 2.

Alcea indica fruteſcens, foliis in lacinias varie diſſectis. *Pluk. alm.* 15. *t.* 74. *f.* 1.

Malvinda foliis inferioribus multifidis, ſuperioribus inciſis, flore ſolitario. *Burm. zeyl.* 150. *t.* 69. *f.* 2.

Uren. *Rheed. mal.* 10. *p.* 3. *t.* 2. (*an?*)

Kadhupara. *Herm. zeyl.* 63.

Deſcr. *Utrum hæc ſit una eadem ſpecies cum præcedenti, nec ne, examinent, qui vivam inſpicere queant; ſi in dorſo foliorum averſo in tribus nervis majoribus, interque ſe proximis, verſus baſin, totidem glandulæ melliferæ adſint, ut in præcedente, erit tantummodo* varietas, *ſin minus diſtincta ſpecies.* Calyx *exterior pentaphyllus, major; interior ſemiquinquefidus.*

HIBISCUS.

258. HIBISCUS foliis cordatis integerrimis.

Ketmia indica, populi folio, fructu orbiculato compreſſo. *Tournef. inſt.* 100.

Alcea arborea indica maxima, populi folio, flore majore flaveſcente. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 10. *Pluk. alm.* 16. *Comm. mal.* 2.

Alcea indica arboreſcens, folio populi vel cordiformi, flore ephemero ex albo flaveſcente. *Amm. boſ.* 6. *char.* 300.

Alcea malabarienſis, abutili folio, flore majore ex albo flaveſcente. *Raj. hiſt.* 1069.

Althæa arborea indica, populi folio, flore ephemero. *Herm. lugdb.* 22.

Bupariti. *Rheed. mal.* 1. *p.* 51. *t.* 29.

Belipathæghas. *Herm. zeyl.* 40.

Deſcr. *Arbor.* Folia *cordata, oblonga, acuminata, integerrima.* Pedunculi *axillares, ſolitarii, uniflori.*

259. HIBISCUS caule arboreo, foliis cordato-ſubrotundis acuminatis crenatis. *Roy. lugdb.* 532.

Ketmia indica, tiliæ folio. *Plum. ſpec.* 2. *Tournef. inſt.* 100.

Ketmia

Ketmia zeylanica ſempervirens & florens, tiliæ folio, flore luteo. *Burm. zeyl.* 136.
Alcea arborea indica, tiliæ folio craſſiore, flore minore flaveſcente. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 10. *Comm. mal.* 2.
Alcea malabarica, abutili folio, flore minore ex albo flaveſcente exterius aſpero. *Raj. hiſt.* 1070. *Pluk. alm.* 16.
Althæa arbor indica, tiliæ folio, flore ephemero. *Herm. lugdb.* 644.
Pariti ſive Tali-pariti. *Rheed. mal.* 1. *p.* 53. *t.* 30.
Surighahas. *Herm. zeyl.* 37. 45. 61.
Deſcr. *Arbor* foliis *cordatis, acutis, circumſcriptione fere orbiculatis, verſus apicem obſolete ſerratis.* Pedunculi *terminantes, ramoſi, multiflori.*

260. HIBISCUS foliis ovatis acuminatis ſerratis.
Ketmia ſinenſis, fructu ſubrotundo, flore pleno. *Tournef. inſt.* 100. *Burm. zeyl.* 133.
Althæa arborea, Roſa ſinenſis, flore multiplici. *Herm. lugdb.* 22.
Alcea javanica arboreſcens, flore pleno rubicundo. *Breyn. cent.* 121. *tab.* 56. *opt. Comm. mal.* 5. *Raj. hiſt.* 1068.
Schempariti. *Rheed. mal.* 2. *p.* 25. *t.* 16.
Waddaghas. *Herm. zeyl.* 29. 61.
Deſcr. *Fruteſcens.* Folia *ovata, absque angulis, acuminata, ſcabra, ſerrata, ſerraturis ad angulum rectum formatis, verſus baſin, ubi rotundari incipiunt folia, integerrima ſunt, petiolata, ſcabra.* Stipulæ *lineares, acuminatæ.* Corolla *plena. Adeoque maxime differt foliorum figura ab* Hibiſco foliis cordato-quinquangularibus obſolete ſerratis. Hort. cliff. 349. *quæ* Roſa Sinenſis *vulgo dicitur.*

261. HIBISCUS foliis peltato-cordatis ſeptemangularibus ſerratis hiſpidis. *Hort. cliff.* 349. *Roy. lugdb.* 358.

Ketmia ægyptiaca, ſemine moſchato. *Tournef. inſt.* 100. *Burm. zeyl.* 134.
Alcea ægyptiaca villoſa. *Bauh. pin.* 317. *Raj. hiſt.* 1066.
Alcea indica moſchata villoſa, ſiliquis pentagonis. *Herm. zeyl.* 48.
Althæa indica, magno flore, ſemine moſchato. *Herm. zeyl.* 59.
Althæa ægyptiaca villoſa. *Moriſ. hiſt. 2. p.* 533. *ſ.* 5. *t.* 18. *f.* 9.
Bammia moſchata. *Dal. pharm.* 210.
Abel-moſch vulgo. *Herm. lugdb.* . 25.
Moſch ſive Bammia moſchata. *Alp. exot.* 197.
Muſcus-bloem. *Mer. ſurin.* 42. *t.* 42.
Cattu-gaſturi. *Rheed. mal.* 2. *p.* 71. *t.* 38.
Kapukanæſſa. *Herm. zeyl.* 40.
Pharmac. ABELMOSCHI *ſemina.*
Deſcr. Caulis *ſimplex, erectus, hiſpidus.* Folia *ſeptemangularia, hiſpida. Frequens hodie in Hortis Botanicis.*

262. HIBISCUS inermis, foliis ſerratis: inferioribus ovatis integris, ſuperioribus trilobis. *Hort. cliff.* 350. *Roy. lugdb.* 359.
Ketmia indica, goſſypii folio, acetoſæ ſapore. *Plum. ſpec.* 2. *Tournef. inſt.* 100. *Burm. zeyl.* 135.
Althæa indica, goſſypii folio, acetoſæ ſapore. *Herm. lugdb.* 25. *Raj. hiſt.* 1900.
Alcea acetoſa indica mitis, foliis ſuperioribus goſſypii in modum tripartito diviſis. *Pluk. alm.* 15. *t.* 6. *f.* 2.
Alcea acetoſa, trifido folio, indiæ orientalis. *Breyn. prodr.* 1. *p.* 1. *Sloan. flor.* 99. *hiſt.* 1. *p.* 224.
Obſ. *Occurrit inter pictas Hermanni.*

263. HIBISCUS foliis quinquefido-palmatis, caule aculeato. *Hort. cliff.* 498. *Roy. lugdb.* 359.
Ketmia zeylanica, fici folio, perianthio oblongo integro.

tegro. *Dill. elth.* 190. *t.* 157. *f.* 190. *Burm. zeyl.* 137.

Deſcr. Caulis *bipedalis, erectus, aculeis ſparſis, minus aſperis.* Folia *quinqueloba: lobis ovatis, ſerratis.* Flores *ſolitarii, nutantes.*

264. HIBISCUS foliis palmato-digitatis quinquepartitis: laciniis lanceolatis, caule aculeato.

Ketmia indica ſpinuloſa profunde laciniata, acetoſæ ſapore *Burm. zeyl.* 135.

Althæa indica ſpinoſa, acetoſæ ſapore, flore flavo pendente. *Herm. prodr.* 308.

Alcea indica ſpinoſa, magno flore exalbido flaveſcente. *Raj. hiſt.* 1901.

Alcea acetoſa indica ſpinoſa, foliis profunde laciniatis, flore ſubluteo amplo. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 9.

Alcea benghalenſis ſpinoſiſſima, acetoſæ ſapore, flore luteo pallido umbone purpuraſcente. *Comm. hort.* 1. *p.* 35. *t.* 18.

Alcea ſpinoſa maderaſp. ſaporis acidi, foliis profunde laciniatis, cannabis in modum pentaphyllæa. *Pluk. alm.* 15. *t.* 5. *f.* 4.

Acetoſa indica. *Bont. jav.* 114.

Narinam-poulli. *Rheed. mal.* 6. *p.* 75. *t.* 44.

Napiritta. *Herm. zeyl.* 65.

Deſcr. Folia *palmata ad baſin fere diviſa in quinque lobos lanceolatos, ſerratos, acuminatos.* Caulis *&* pedunculi *ſetis rigidis aculeati.*

265. HIBISCUS foliis quinquangularibus acutis ſerratis, caule inermi, floribus pendulis.

Ketmia indica vitis folio, flore amplo flavo. *Burm. zeyl.* 137.

Abutilon indicum, fronde pampinea, fructu quinquecapſulari. *Tournef. inſt.* 99.

Abutilon indicum quinque ad ſingulos flores thecis. *Raj. hiſt.* 1880.

Althæa

Althæa indica, vitis folio, flore amplo flavo pendente. *Herm. lugdb. 26. t. 28. Comm. mal. 3. Raj. hiſt.* 1901.

Alcea indica non ſpinoſa, flore amplo pendulo flavo. *Breyn. prodr. 1. p. 2.*

Alcea indica, vitis folio, flore amplo flaveſcente, quinis ad ſingulos flores thecis. *Pluk. alm. 15.*

Katou-Beloeren. *Rheed. mal.. 6. p. 79. t. 46.*

Deſcr. Caulis *erectus, herbaceus, tenuis.* Folia (*exacte figura & magnitudine Ribis*) *cordata, glabra, quinquangularia : lobis acutis, infimis minoribus, viridia, acute ſerrata, petiolis breviora.* Flores *penduli:* calyx *inferior* 8 *foliolis linearibus.* Pedunculi *uniflori. Varietas huic ſimillima inter pictas habetur foliorum angulo intermedio duplo longiore, cætera eadem.*

266. HIBISCUS herbaceus, foliis cordato-haſtatis, pedunculis alternis unifloris geniculatis.

Deſcr. *Herba facie & magnitudine Blattariæ Verbaſci.* Caulis *erectus, altus, teres, hiſpidus.* Folia *cordata, parum haſtata, petiolata.* Pedunculi *alternati* (*præſertim in ſummo caulis, ubi folia minutiſſima*) *longi, in medio geniculo articulati, nudi.* Involucrum *dodecaphyllon, foliolis linearibus, hiſpidis.*

GOSSYPIUM.

267. GOSSYPIUM caule erecto. *Hort. cliff. 350.*

GOSSYPIUM arboreum, caule lævi. *Bauh. pin.* 430.

Goſſypium arboreum Gotnemſegiar. *Alp. ægypt. 38. t. 38.*

Goſſypium herbaceum ſive Xylon maderaſpatenſe, rubicundo flore, pentaphyllæum. *Pluk. phyt. 188. f. 3.*

Cudu-pariti. *Rheed. mal. 1. p. 55. t. 31.*

Obſ. *Frequentiſſima arbor in Hortis Academicis Europæorum.*

Claſſis XVII.

DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

POLYGALA.

268. POLYGALA floribus imberbibus, caule erecto herbaceo, capſulis ciliatis.

Obſ. *Inter Herbas zeylanicas Hermanni Vol. 2. fol. 61. habetur, licet omiſſa in Muſeo.*

Deſcr. Radix *annua.* Caulis *annuus, digitalis, tener, anguloſus, ramoſus, erectus.* Folia *ovato-lanceolata, aut ovato-lanceolata, ſeſſilia, glabra, integerrima.* Spicæ *longiuſculæ, pedunculatæ, ſecundæ.* Flores *ſeſſiles.* Calyx *foliolis quinque, acutis, parvis; hinc longius recedit a Polygalis, quam reliquæ ſpecies; cirrhi carinæ corollarum nulli.* Capſula *biſcutellata, margine undique ciliata.* Semina *ſolitaria (in ſingulo loculo), globoſa.*

269. POLYGALA floribus imberbibus, caule herbaceo erecto, foliis linearibus alternis, pedunculis ſubtrifloris.

Linaria minima zeylanica. *Herm. zeyl.* 31. *Burm. zeyl.* 143.

Deſcr. Caulis *erectus, longitudine digiti, abſque ramis.* Folia *alterna, linearia, integerrima, longa, acuta.* Flores *albi ex alis; pedunculis ſolitariis ramoſis ſæpius trifloris, folio brevioribus.*

270. POLYGALA floribus imberbibus, pedunculis multifloris lateralibus, caule diffuſo herbaceo, foliis acuminatis.

Alſine glaucis marinæ folio. *Herm. zeyl.* 33. *Burm. zeyl.* 13. (*non ſynonymon.*)

Deſcr.

Deſcr. *Facies Polygalæ noſtratis.* Caules *plures, diffuſi, filiformes, indiviſi, ſimpliciſſimi, digitales.* Folia *obverſe ovata, oblongiuſcula, acumine terminata, glabra, vix petiolata.* Racemus *ex alis, capillaris, aliquot flores albos continens, foliis brevior, ramuloſus, non racemoſus aut ſpicatus*; calycis *duo folia majora ſunt ut in plerisque.*

DECANDRIA.

GENISTA.

271. GENISTA foliis quinatis ſeſſilibus, pedunculis axillaribus capillaribus unifloris, floribus minimis.

Lotus tenuifolius maderaſpatanus, ſiliqua ſingulari glabra. *Pluk.alm.* 225. *t.* 201. *f.* 2. *bona.*

Dorycnium zeylanicum, folio minutiſſimo. *Burm. zeyl.* 89.

Dorycnium indicum, floribus ſingularibus rubris in pedicellis oblongis, ſiliquis perexiguis. *Raj. app.* 471.

Mannelli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 69 *t.* 37.

Rathohomba, Rathihoba. *Herm. zeyl.* 34.

Deſcr. *Frutex virgis tenuibus, duris, teretibus, virgatis:* ramis *alternis, brevibus.* Folia *alterna, quinata, ſeſſilia ſeu ad ſingulas gemmas aut puncta quina*; foliola *oblonga, obtuſa, ſeſſilia, verſus apicem latiora, obtuſiuſcula, glabra*; *horum lateralia paulo breviora, intermedio paulo longiore.* Pedunculi *axillares ex ſingulis alis, folio longiores.* Legumina *pedunculis ſeſquilongiora. Hinc diverſa a* CYTICISTO Burmanni.

INDIGOFERA.

272. INDIGOFERA leguminibus pendulis lanatis tetragonis.

Aſtra-

Aſtragalus ſpicatus, ſiliquis pendulis hirſutis, foliis ſericeis. *Burm. zeyl. 37. t. 14.*
Aſtragalus indicus ſpicatus, ſiliquis copioſis deorſum ſpectantibus non falcatis, ſive polybos. *Comm. mal. 39.*
Colutea lanuginoſa, floribus parvis, ſiliquis piloſis deorſum tendentibus. *Pet. muſ. 45.*
Colutea orientalis plerumque heptaphyllos hirſuta, floribus ſpicatis ſaturate purpureis, ſiliquis plurimis quadratis valde piloſis ſummo ſurculorum dependentibus. *Pluk. alm. 113.*
Kattu-tagera. *Rheed. mal. 9. p. 55. t. 30.*
Ghaſundupyali. *Herm. zeyl. 10.*
Deſcr. Caulis *erectus, altus, piloſus.* Folia *pinnata cum impari; foliolis ſeptem obverſe ovatis, remotis, exterioribus majoribus.* Spicæ *erectæ, foliis longiores, ex alis;* calycibus & leguminibus *lanatis, pendulis.*

273. INDIGOFERA leguminibus arcuatis incanis, racemis folio brevioribus.
Indigofera foliis nudis. *Hort. cliff. 487.*
Colutea indica humilis, ex qua Indigo, folio viridi. *Herm. prodr. 325. Burm. zeyl. 69.*
Coluteæ adfinis fruticoſa, floribus ſpicatis purpuraſcentibus, ſiliquis incurvis, ex cujus tinctura indigo conficitur. *Sloan. flor. 141.*
Anil ſive Nil indorum color. *Bauh. hiſt. 2. p. 945.*
Ameri. *Rheed. mal. 1. p. 101. t. 54.*
Avaru. Awari. *Herm. zeyl. 32.*
Deſcr. Caules *erecti, vix ramoſi.* Folia *pinnata ex* foliolis 9 *vel* 11 *obverſe ovatis, viridibus.* Spicæ *ex alis, breviſſimæ.* Legumina *filiformia, pendula. Sed hæc in Zeylona fere exotica eſt, at in Paliacatta & Coromandel frequens.*

274. INDIGOFERA leguminibus horizontalibus teretibus, foliis pinnatis ternatisque.

Anil

Anil maderaſp. viciæ foliis incanis, caulibus pubeſcentibus. *Amm. herb.* 414. *Raj. hiſt.* 3. *app.* 234.

Aſtragalus zeylanicus tenellus, viciæ foliis ſubrotundis. *Burm. zeyl.* 39.

Colutea ſiliquoſa glabra, ternis quinisve foliis, maderaſpatana, ſemine rubello. *Pluk. alm.* 113. *t.* 166. *f.* 1.

Leguminis trifoliati ſpecies. *Raj. app.* 470.

Nir-pullari. *Rheed. mal.* 9. *t.* 67. *mala. Comm. mal.* 47.

Pilæghas. *Herm. zeyl.* 34.

Deſcr. *Herba* caule *lævi.* Folia *alterna, pinnata,* (*rarius ternata*): foliolis *quinque: exterioribus majoribus, omnibus obverſe ovatis, glabris.* Pedunculi *ex alis ſæpe* 3 *flores alternatos continentes,* leguminibus *ad angulum rectum a pedunculo reflexis ſeu horizontalibus.*

ERYTHRINA.

275. ERYTHRINA foliis ternatis, caule ſpinoſo. *Hort. cliff.* 354.

Corallodendron triphyllum americanum ſpinoſum, flore ruberrimo. *Tournef. inſt.* 661. *Burm. zeyl.* 74.

Coral arbor ſiliquoſa. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 426. *Comm. hort.* 1. *p.* 211. *t.* 108.

Coral arbor. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 253.

Phaſeolis accedens Coral arbor ſpinoſa orientalis, fructu obſcure rubente. *Pluk. alm.* 293.

Ceratia ſ. Siliqua ſylveſtris ſpinoſa arbor indica. *Bauh. pin.* 402.

Arbor fabifera 1, Boatſinkring. *Bont. jav.* 135.

Mouricou. *Rheed. mal.* 6. *p.* 13. *t.* 7.

Erabudu. Erabudughaha. *Herm. zeyl.* 49.

Obſ. *Arbor notiſſima in Hortis Botanicorum.*

CRO-

CROTALARIA.

276. CROTALARIA foliis ſimplicibus oblongis cuneiformibus retuſis.
Crotalaria aſiatica, floribus luteis, folio ſingulari cordiformi. *Herm. lugdb.* 200. *t.* 201. *Burm. zeyl.* 80. *Raj. hiſt.* 1894.
Geniſta malabarica, folio ſingulari, floribus luteis, ſiliquis bullatis. *Comm. mal.* 33.
Geniſtella indica major, ſalicis folio glabro obtuſo cordiformi, flore luteo minore. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 50.
Tandale-cotti. *Rheed. mal.* 9. *p.* 45. *t.* 25.
Jacberya. Andanahirya. *Herm. zeyl.* 20. 28.
Deſcr. Caulis *rectus.* Rami *ex ultimis alis.* Folia *alterna, oblonga, baſi anguſtiora, obtuſa, emarginata, glabra, petiolis breviſſimis.* Racemus *terminans;* flores *alterni; calyces campanulati, glabri, quinquefidi.* Legumen *ſeſſile intra calycem.*

277. CROTALARIA foliis ſimplicibus ovatis, ſtipulis ſemicordatis, ramis tetragonis.
Crotalaria foliis ovatis, petiolis duplici ſtipula auctis, ramis tetragonis. *Hort. cliff.* 357.
Crotalaria aſiatica, folio ſingulari verrucoſo, floribus cæruleis. *Herm. lugdb.* 198. *t.* 199. *Burm. zeyl.* 87. *Raj. hiſt.* 1893.
Geniſta major indica, alni folio, flore cæruleo ſpicato. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 50.
Pee-tandale-cotti. *Rheed. mal.* 9. *p.* 53. *t.* 29.
β Crotalaria foliis ſolitariis ovato-acutis, caule ſulcato. *Burm. zeyl.* 81. *t.* 34.
Jacberia. Kiligilippe. *Herm. zeyl.* 29. 65.
Deſcr. Caulis *herbaceus, erectus, flexuoſus, angulatus.* Rami *ex ſummis alis.* Stipulæ *ſemicordatæ, obtuſæ.* Folia *alterna, ovata, in petiolos deſinentia.* Racemus *terminans.* Flores *alterni, glabri.*

278. CROTALARIA foliis ternatis, foliolis ovatis acuminatis, ſtipulis nullis.

Cro-

Crotalaria aſiatica fruteſcens, floribus luteis amplis, trifolia. *Herm. lugd.* 196. *t.* 197. *Raj. hiſt.* 1893.

Anonis aſiatica fruteſcens. *Tournef. inſt.* 409. *Burm. zeyl.* 21.

Ononis Natrix dicta, fruteſcens zeylanica, laburni folio, flore luteo ſpicato amplo. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 78.

Laburnum zeylanicum, floribus ex luteo & rubro variegatis, ſiliquis bullatis. *Breyn. prodr* 1. *p.* 40.

Cytiſus zeylanicus, folio laburni. *Raj. hiſt.* 1893.

Geniſta trifolia malabarica, floribus luteis amplis, ſiliquis bullatis. *Comm. mal.* 33.

Nella-tandale-cotti. *Rheed. mal.* 9. *p.* 49. *t.* 27.

β Crotalaria arboreſcens trifoliata glabra viridis. *Burm. zeyl.* 82.

Jacberya. *Herm. zeyl.* 24. 40. 49.

Deſcr. Caulis *fruteſcens*, *lignoſus*. Folia *alterna*, *ternata*, *glabra*, *petiolis longis*: foliolis *ſubſeſſilibus*, *ſubæqualibus*, *lato-lanceolatis*. Rami *ex ſummis alis*. *Racemus terminans*: Calycibus *campanulatis*. Corollarum *carinis acuminatis*, *adſcendentibus*. Legumen *longe pedunculatum intra calycem*.

CYTISUS.

279. CYTISUS foliis ſublanceolatis tomentoſis: intermedio longius petiolato, pedunculis axillaribus erectis.

Cytiſus foliolis ovato-lanceolatis: intermedio petiolato, pedunculo ex alis multifloro. *Hort. cliff.* 354.

Cytiſus folio molli incano, ſiliquis orobi contortis & acutis. *Burm. zeyl.* 86. *t.* 37.

Phaſeolus erectus incanus, ſiliquis toroſis, Kayan dictus. *Pluk. alm.* 293. *t.* 213. *f.* 3.

Thora-paërou. *Rheed. mal.* 6. *p.* 23. *t.* 13.

Kathatora & Wittrawinanſa. *Herm. zeyl.* 4. 27. 34.

Deſcr. *Arbuſcula* ramis *nudis*, *ſtriis elevatis*. Foliis *ternatis*, *petiolatis*: foliolis *lato-lanceolatis*, *integerrimis*, *utrinque tomentoſis*, *petiolatis*, *intermedio longius*

gius petiolato. Pedunculi *foliis longiores, axillares, ſolitarii, erecti, nudi, apice ramoſi.* Legumina *toroſa, diſſilientia in contortas ſpirales valvulas.*

PHASEOLUS.

280. PHASEOLUS caule erecto anguloſo hiſpido. *Hort. cliff.* 499.

Phaſeolus ortocaulis, Mungo perſarum, turcarum Maſc, hiſpanorum Max. *Hern. mex.* 887.

Phaſeolus erectus, caule & folio rigidis, flore pallide luteo, ſiliqua craſſa ampla. *Bont. ind.* 152. *Burm. zeyl.* 190.

Phaſeolus erectus hirſutus, caule quinquangulari auriculato, flore viridi-luteſcente, ſiliqua in roſtrum incurvum deſinente. *Pluk. alm.* 290.

Phaſeoli villoſi ſpecies. *Burm. zeyl.* 188.

Bumum. Buncæ. *Herm. zeyl.* 22.

281. PHASEOLUS caule erecto tereti, floribus capitatis, leguminibus cylindraceis horizontalibus. *Act. ſtockh.* 1742. *p.* 202. *t.* 7. *f.* 2.

Phaſeolus zeylanicus, ſiliquis radiatim digeſtis. *Dill. elth.* 315. *t.* 235. *f.* 304. *Burm. zeyl.* 192.

Mun. Mung. *Herm. zeyl.* 47.

Obſ. *Decoctum ſeminum in Colica calculoſa commendatur a Chinenſibus.*

DOLICHOS.

282. DOLICHOS caule volubili, foliolis ovatis tomentoſis, floribus ſolitariis, ſeminibus bicornibus.

Phaſeolus zeylanicus tomentoſus, ſalviæ foliis, lobis parvis oblique articulatis, alter. *Burm. zeyl.* 188.

Phaſeolus minor biſnagaricus, foliis argenteo-villoſis, ſiliquis toroſis brevibus ſpadicea hirſutie pubeſcentibus, fructu parvo ſcaraboide nigro. *Pluk. alm.* 290. *t.* 52. *f.* 3.

Wælundu. Wælunduwæl. *Herm. zeyl.* 6.

β Hedyſarum trifoliatum ſalviæ folio. *Burm. zeyl.* 117.
Telamandu. Budamani. *Herm. zeyl.* 25. 60.
Deſcr. Caulis *volubilis, ſcaber.* Folia *petiolata, ternata;* foliolis *ovatis, obtuſis, ſubtus venoſis, utrinque tomentoſis, mollibus.* Flores *ſolitarii ex alis.* Semina *a Plukenetio depicta duas antennas ferunt inſectorum inſtar.*

CLITORIA.

283. CLITORIA foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 360. *Roy. lugdb.* 369.
Flos clitorius flore cæruleo. *Burm. zeyl.* 100.
Flos clitoridis ternatenſibus. *Breyn. cent.* 76. *t.* 31. *Raj. hiſt.* 870.
Ternatea flore ſimplici cæruleo. *Tournef. act.* 1706. *p.* 84.
Phaſeolus indicus, glycyrrhizæ foliis, flore amplo cæruleo (pleno). *Comm. hort.* 1. *p.* 47. *t.* 24.
Phaſeolus foliis pinnatis. *Riv. tetrap.* 40.
Faba purgatrix Catharodu zeylonenſibus. *Grim. zeyl.* 124.
Schanga-cuſpi. *Rheed. mal.* 8. *p.* 69. *t* 38.
Kataroduwæl, Katarodu. *Herm. zeyl.* 10. 32. 61.
β Flos clitorius, flore albo. *Burm. zeyl.* 101.
Deſcr. Radix *annua.* Caulis *volubilis, teres, humanæ altitudinis.* Folia *ſolitaria, pinnata ex quinque aut ſeptem* foliolis *ovatis, obtuſis.* Flores *magni, in alis ſubſeſſiles.*

GLYCINE.

284. GLYCINE foliis pinnatis conjugatis, foliolis paribus ovali-oblongis obtuſis.
Glychirrhiza indica vulgo. *Herm. lugdb.* 494.
Glychirrhiza indica ſiliquis & ſeminibus piſi coccineis, hilo nigro notatis. *Herm. prodr.* 337.

Gly-

Glycyrrhiza vel Glycyrrhizæ adfinis arboreſcens americana, floribus ex luteo & rubro variegatis, folio acuminato, ſiliqua latiſſima. *Breyn. prodr. 2. p. 53.*

Phaſeolus glycyrrhizites, folio alato, piſo coccineo atra macula notato. *Sloan. flor. 70. hiſt. 1. p. 180. t. 112.*

Phaſeolus alatus major, fructu coccineo macula nigra notato. *Comm. mal. 211.*

Phaſeolus arboreſcens alatus & volubilis major orientalis, fructu coccineo hilo nigro notato. *Pluk. alm. 294. t. 214. f. 5.*

Phaſeolus ruber Abrus vocatus. *Alp. ægypt. 40. t. 40.*

Phaſeolus indicus ruber bontio. *Raj. hiſt. 889.*

Phaſeolus indicus vulgo falſo Pæonia indica vocata. *Comm. hort. 124.*

Phaſeolus ſecundus ruber, qui Abrus proſpero alpino dicitur. *Bont jav. 136.*

Phaſeolus ruber Abrus vocatus minor coccineus, nigra macula notatus. *Moriſ. hiſt. 2. p. 71.*

Vicia africana. *Cluſ. exot. 15.*

Arachus indicus ſive africanus. *Park. theatr 1071.*

Orobus americanus, fructu coccineo nigra macula notato. *Tournef. inſt. 393.*

Orobus indicus Abrus alpini dictus, fructu coccineo macula nigra notato. *Burm. zeyl. 177.*

Cicer indicum, fructu nigro macula nigra notato. *Amm. char. 338.*

Piſa floridiſſimo rubro colore, una macula excepta, ex novo orbe nuper allata. *Geſn. hort. 272.*

Piſum coccineum americanum, an orobi ſpecies? *Lob. hiſt. 516. ic. 2. p. 67.*

Piſum americum. *Dalech. hiſt. 450.*

Piſum indicum minus coccineum. *Bauh. pin. 313.*

Piſum americanum coccineum aliis Abrus. *Bauh. hiſt. 2. p. 263.*

Piſum americanum coccineum vel nigrum, Abrus quibusdam. *Chabr. ſciagr. 403.*

Abrus. *Veſl. ægypt. 25. Dal. pharm. 238. Hort. cliff.* 488.
Konni. *Rheed. mal. 8. p. 71. t. 39.*
Olinda. Olida. *Herm. zeyl. 16.*
Deſcr. Radix *perennis.* Caulis *lignoſus, volubilis, lævis.* Folia *alterna, bina, eidem baſi inſerta, pinnata ſine impari:* foliolis *numeroſis, æqualibus, ovali-oblongis, ſubſeſſilibus, obtuſis, glabris, integerrimis.* Pedunculi *ex alis ſolitarii, petiolis craſſiores, longiores, ſpicati, inferne nudi.* Legumina *compreſſa, unilocularia, obtuſa, toroſa.* Semina *globoſa, coccinea, altero latere lata nigra macula.*

TRIGONELLA.

285. TRIGONELLA leguminibus ſeſſilibus ſubſolitariis ſubfalcatis, foliolis integerrimis, caule diffuſo.
Aſtragalus minimus repens triphyllus, ſiliquis falcatis. *Herm. zeyl. 33. Burm. zeyl. 39 (Synon. non.)*
Lotus maderaſpatanus villoſus, ornithopodii ſiliqua ſingulari. *Pluk. alm. 226. t. 200. f. 7.*
Pilæ ſpecies. *Herm. zeyl. 13.*
Deſcr. *Herba procumbens, parum ramoſa.* Folia *ternata, petiolata:* foliola *ſubæqualia, oblongiuſcula, glabra, integra;* ſtipulæ *ovato-lanceolatæ.* Legumina *ſolitaria vel bina eodem pedunculo, in alis ſubſeſſilia, recurva, compreſſa.*

HEDYSARUM.

286. HEDYSARUM foliis ſimplicibus cordato-oblongis, petiolis alatis, ramis triquetris.
Hedyſarum zeylanicum, aurantii folio. *Burm. zeyl.* 120.
Hedyſarum monophyllum zeylanicum pediculatum. *Herm. zeyl. 35.*
Onobrychis zeylanica monophyllos, caule triangulo, petiolis foliorum alatis. *Burm. zeyl. 176. t. 81. opt.*

Ono-

Onobrychis zeylanica, aurantii folio. *Pet. ſicc.* 247. *n.* 16. *Raj. app.* 247.

Deſcr. Caulis *triangularis.* Folia *cordato-oblonga, acuminata, baſi parum emarginata,* petioli *utrinque membrana aucti, apice acute emarginati, aurantii forma, petiolo breviſſimo, teretiuſculo.* Racemus *florum minimorum.* Legumina *longa, polyſperma, hiſpida, villoſa, membranacea, vix articulata.*

287. HEDYSARUM foliis ſimplicibus cordato-oblongis, petiolis ſimplicibus, ſtipulis vaginantibus.

Hedyſarum monophyllum repens, ſiliculis glabris non crenatis. *Herm. zeyl.* 33.

Geniſta articulata repens, foliis craſſiuſculis planis acutis. *Burm. zeyl.* 104. *t.* 49. *f.* 1.

Undupyali alia ſpecies, folio ſingulari oblongo. *Herm. zeyl.* 5. 10.

Deſcr. Planta *herbacea, procumbens.* Folia *inferiora obverſe ovata, baſi emarginata, ſuperiora magis oblonga & cordato-lanceolata, acutiora; omnia glabra, venoſa, petiolis inſidentia ſimplicibus, teretiuſculis.* Stipulæ *acuminatæ, vaginarum inſtar caulem involventes.* Spicæ *verſus apices caulium longæ, anguſtæ.* Rami *pauci.* Legumina *cylindrica, glabra, articulata, recta, more Ornithopi diſſilientia articulatim, licet articuli extus vix conſpiciantur, nec intus diverſa loculamenta faciant.*

288. HEDYSARUM foliis ſimplicibus cuneiformibus.

Hedyſarum monophyllum repens, folio nummulariæ rotundo, ſiliculis hiſpidis parvis. *Herm. zeyl.* 31. *Burm. zeyl.* 113.

Onobrychis maderaſp. nummulariæ folio, ornithopodii ſiliquis. *Pet. gaz.* 41. *t.* 26 *f.* 4. *Raj. app.* 247.

Deſcr. Caules *longi, angulati, diffuſi.* Folia *alterna, ſimplicia, obverſe ovata ſive cuneiformia, obtuſa brevi acumine, glabra, petiolo breviſſimo;* ſtipulæ

 ſub-

ſubulatæ, petiolo longiores, patulæ, minimæ, caulem veſtientes. Spicæ *ex alis ſolitariæ longo pedunculo.* Flores *minimi.* Legumina *declinata, lunata, dorſo hiſpida, monoſperma.*

289. HEDYSARUM foliis ſimplicibus, foliolis ſtrobilorum cordatis obtuſis.

Onobrychis indiæ orientalis, fagi foliis alternis, ſiliculis ſpica longa diſpoſitis. *Pet. muſ.* 788. *Raj. hiſt.* 3. *app.* 234.

Carpinus zeylanica ſiliculoſa ſive arbuſcula zeylanica ſiliculoſa carpino ſimilis. *Burm. zeyl.* 54. (*ſynon. non.*)

Carpinus zeylanica. *Herm. zeyl.* 53. 70.

Deſcr. *Arbor* foliis *oblongo-ovatis, ſimplicibus, alternis, integerrimis, petiolatis;* ſtipulis *ſubulatis;* ramis *teretibus.* Strobili *ex foliorum alis, facie Carpini, in pedunculo ſimplici, flexuoſo, conſtantes* Bracteis *cordatis, ſubſeſſilibus, obtuſis, numeroſis, imbricatis, facie involucri Commelinæ, magnis, intra quas (ſingulas) floris rudimentum; hiſce ſtrobilis ab omnibus diſtinguitur & maxime a* 292 *ſpecie.*

290. HEDYSARUM foliis ſimplicibus ovatis obtuſis integerrimis. *Hort. cliff.* 499.

Hedyſarum monoſpermum zeylanicum pediculatum. *Burm. zeyl.* 114.

Hedyſarum humile, capparidis folio maculato. *Dill. elth.* 170. *t.* 141. *f.* 168.

Deſcr. *Non occurrit inter plantas zeylanicas Hermanni, frequens tamen hodie in Hortis Botanicis.*

291. HEDYSARUM foliis binatis petiolatis: floralibus ſeſſilibus.

Hedyſarum bifolium, ſiliquis articulatis echinatis. *Burm. zeyl.* 14.

Hedyſarum minus diphyllum. *Sloan. flor.* 73. *hiſt.* 1. *p.* 185. *Raj. app.* 450.

Ono-

Onobrychis maderaſpatana diphyllos, ſiliculis clypeatis hirſutis, minor. *Pluk. alm.* 270. *t.* 246. *f.* 2.
Planta bifolia humirepa indica, foliis in propriis ſurculis dipetalis, globulis ſeminalibus monoſpermis. *Ray. app.* 404.
Planta bifolia humirepa, ari folio, floſculis aureis villoſis articulatis. *Comm. mal.* 54.
Nelam-mari. *Rheed. mal.* 9. *p.* 161. *t.* 82.
Mahaſwænna. *Herm. zeyl.* 18. 59.
β Hedyſarum bifolium, foliolis ovatis, ſiliculis aſperis geminis inarticulatis. *Burm. zeyl.* 114. *t.* 50. *f.* 1.
Deſcr. Caules *teretes, procumbentes, verſus radicem ramoſi.* Petioli *filiformes, longitudine foliorum.* Folia *conjugata ſeu binata in ſingulo petiolo, petiolulis breviſſimis adfixa, ſubovata, altero latere anguſtiore. Ex alis* pedunculi *longitudine foliorum, duos aut tres* flores *ferentes, ſingulos inter par foliorum ſeſſilium & magis acuminatorum enatos.* Legumina *compreſſa, articulata, ex tribus vel quatuor articulis ſubrotundis, echinatis.*

292. HEDYSARUM foliis ternatis; foliolis ſtrobilorum conjugatis orbiculatis.
Hedyſarum trifoliatum fruteſcens, flore & fructu inter duo foliola rotunda abſconditis. *Burm. zeyl.* 116. *t.* 52.
Onobrychis maderaſpatana triphylla, ſiliculis eleganter foliaceis. *Pet. muſ.* 790. *Raj. hiſt.* 3. *app.* 234.
Onobrychis indica triphyllos, foliis amplis mucronatis, ſiliquis parvis in ſpicam longam ex alis inter bina foliola circinata arcte conniventia reconditis. *Pluk. amalth.* 161. *t.* 433. *f.* 7.
Palæghas. *Herm. zeyl.* 36.
Deſcr. Caulis *fruteſcens.* Rami *obtuſe angulati.* Stipulæ *ovatæ, acuminatæ, ſciſſæ, caducæ.* Folia *ternata petiolis brevibus: proprio intermedio petiolo longiore.* Foliola *lateralia ſubrotundo-ovata; in-*

termedium quadruplo majus, ovato-oblongum, obtuſum; omnia margine repanda. Spicæ *ſeu* Coni *ex alis folio longiores, conſtantes ex pedicellis alterne diſtichis, brevibus, in quibus floſculi aliquot erecti, & hos includentia foliola duo, orbiculata, ſeſſilia (in pedicello) margine repanda, conniventia in unum.* Legumina *glabra, duobus tribusque articulis.*

293. HEDYSARUM foliis ternatis, pedunculis umbelliferis, caule fruticoſo.

Hedyſarum trifoliatum arboreſcens, floribus ex alis foliorum, ſiliquis copioſis glabris. *Burm. zeyl.* 115. *t.* 51.

Waldamini, Mahapilæ. *Herm. zeyl.* 21.

Deſcr. *Frutex* ramis *lignoſis: inferioribus teretibus, fuſcis, ſuperioribus angulatis, villoſis.* Folia *petiolata, ternata:* foliolis *ovatis, petiolatis, intermedio duplo majore.* Pedunculi *ex alis foliorum umbellulam ferentes, ſolitarii, petiolis breviores.* Flores *albi.* Legumina *articulata, compreſſa, lævia, recurva.*

294. HEDYSARUM foliis ternatis, floribus ſpicatis, leguminibus articulis pluribus: infimis uno, ſtipulis ſetaceis.

Hedyſarum trifoliatum, ſiliculis inferibus ſolitariis, ſuperioribus articulatis. *Burm. zeyl.* 117. *t.* 53. *f.* 1.

Hedyſarum triphyllum zeylanicum rotundifolium. *Herm. zeyl.* 35.

β Hedyſarum trifoliatum arboreſcens, floribus ſpicatis, foliis ſubrotundis; ſubtus lanuginoſis. *Burm. zeyl.* 115.

Ætundupyali. *Herm. zeyl.* 22.

Deſcr. Caules *teretes, duriuſculi.* Stipulæ *acuminatæ in ſetam.* Folia *ternata, petiolata & petiolulata, intermedio productiore.* Foliola *ovato-oblongiuſcula, obtuſa.* Spicæ *florum anguſtæ.* Legumina

na *inferiora unico articulo, reliqua pluribus, hinc undulatis.*

Obſ. *Varietas β magis procumbens, foliola obtuſiora; ſed non video notam, qua diſtingui poſſit aut debeat. Legumina infima non ſemper unico articulo, tum difficile cognoſcitur.*

295. HEDYSARUM foliis ternatis, leguminibus membranaceis lævibus integris, caule ramisque hiſpidis.

Hedyſarum trifoliatum viſcoſum, ſiliquis articulatis peltatis. *Burm. zeyl.* 114.

Hedyſarum zeylanicum trifoliatum viſcoſum, phaſeoli folio ſubrotundo, ſiliculis compreſſis hirſutis. *Herm. zeyl.* 36.

Phaſeolus viſcoſus, ſpicato flore ac fructu villoſo. *Burm. zeyl.* 187.

Deſcr. Caulis *fruticoſus.* Folia *ternata, petiolis longiuſculis:* foliola *tenuia, lata, rhombeo-rotundata, intermedio duplo majore.* Rami *ſummi pilis patulis viſcidis hiſpidi.* Legumina *ovali-oblonga, membranacea, lævia, utrinque obtuſa. Adeoque admodum adfinis eſt Hedyſaris* 1. 2. Hort. cliff. 365. *ſed differt, quod non altera ſutura ſinuatum ſit legumen, ſed utrinque integrum.*

296. HEDYSARUM foliis ternatis, caule ſuffruticoſo, leguminum articulis duobus.

Hedyſarum triphyllum, ſiliculis glabris peltatis geminis inarticulatis. *Burm. zeyl.* 114. *t.* 50. f. 2.

Hedyſarum zeylanicum anguſtifolium triphyllum, ſiliculis compreſſis articulatis. *Herm. zeyl.* 31.

Onobrychis zeylanica trifolia minor perennis. *Raj. app.* 457.

Undupyali alia ſpecies, folio longiore. *Herm. zeyl.* 5.

Deſcr. Caulis *fruticoſus.* Folia *ternata trifolii; foliolis ovato-oblongis, glabris, ſubæqualibus.* Flores

ſpicati. Legumina *villoſa, ex duobus articulis orbiculatis ſæpius compoſita.*

297. HEDYSARUM foliis ternatis, foliolis obverſe cordatis, pedunculis unifloris ternis.
Hedyſarum trifoliatum repens, acetoſellæ folio glabro, caule hirſuto. *Burm.zeyl.* 119. *t.* 54. *f.* 2.
Hedyſarum trifoliatum maderaſpatanum, lujulæ folio, ferri equini ſiliquis. *Pet. muſ.* 649.
Undupyali. *Herm. zeyl.* 2. 4. *bis.*
β Hedyſarum trifoliatum repens, folio ovali glabro, caule hirſuto, ſiliqua plana articulata. *Burm. zeyl.* 118. *t.* 54. *f.* 1.
γ Hedyſarum procumbens γ trifolii fragiferi folio. *Dill. elth.* 172. *t.* 142. *f.* 169.
Hedyſarum trifoliatum repens ſiliculis compreſſis glabris crenatis. *Herm. zeyl.* 38. *Burm. zeyl.* 116.
Undupyali majus. *Herm. zeyl.* 5.
Deſcr. *Herba procumbens & diffuſa:* ramis *filiformibus, longiſſimis, ramoſis, facie Medicaginis 2:dæ* Flor. Suec. 621. Folia *ternata,* foliolis *ſubæqualibus, obverſe ovatis, minimis in hac gente, glabris.* Pedunculi *ex alis foliorum ſæpius tres, capillares, ſinguli uniflori, raro bifidi ſive biflori.* β. γ. *majores & foliola minus cordata.*

ÆSCHYNOMENE.

298. ÆSCHYNOMENE caule ſcabro, folio infimo quadripinni. *Hort. cliff.* 365.
Hedyſarum annuum majus zeylanicum, mimoſæ foliis. *Tournef. inſt.* 402. *Burm. zeyl.* 119.
Onobrychis annua zeylanica mimoſæ foliis, ſiliquis articulatis aſperis, major. *Herm. lugdb.* 458.
Mimoſa non ſpinoſa major zeylanica. *Breyn. cent.* 51. *t.* 52. *Raj. hiſt.* 982.
Mahadya. Hyambula. *Herm. zeyl.* 41.
β Galega indica, ſiliquis articulatis, foliis latioribus, ramulis ad exortum alatis. *Burm. zeyl.* 103.

Ga-

Galega ægyptiaca, ſiliquis propendentibus longiſſimis & anguſtiſſimis. *Herm.lugdb.* 267.
Galega ægyptiaca, ſiliquis articulatis. *Bauh.pin.* 352.
Sesban ex inſula zeylon. *Breyn.prodr.* 1. p. 47. *Burm. zeyl.* 214.
Sesban ægyptiacum ſive Securidaca ægyptiaca articulata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.*79.
Sesban. *Alp.ægypt.* 81. *t.* 82. *male.*
Dyahyabala. *Herm. zeyl.* 24. 55.
Deſcr. Caulis *rectus, altus, herbaceus.* Folia *pinnata ex innumeris foliolis ſeſſilibus, lanceolato-linearibus.* Pedunculi *axillares aliquot floribus.* Legumina *compreſſa, articulata, articulis in medio ſcabris, pedicello intra calycem elongato inſidentia. Hermanni planta α non differt a β.*

CRACCA.

299. CRACCA leguminibus retrofalcatis villoſis pendulis racemoſis lateralibus, foliolis glabris lanceolatis.
Coronilla zeylanica, ſiliquis fuſcis hirſutis piloſis, flore purpuraſcente. *Burm. zeyl.* 78.
Securidaca maderaſpatenſis, ſiliquis falcatis fulvis & villoſis plurimis circa ramulos ſtellatim poſitis. *Pluk. alm.* 339. *t.* 59. *f.* 6.
β Coronilla zeylanica, ſiliquis fuſcis hirſutis piloſis, flore albo. *Burm. zeyl.* 78. *t.* 33.
γ Aſtragalus indicus hirſutus, ſiliquis falcatis, viciæ facie. *Burm. zeyl.* 38.
Aſtragalus indicus, ſiliquis falcatis ſericeis, foliis viciæ facie. *Herm. zeyl.* 64.
Pilæghas. Pilæharal. *Herm. zeyl.* 6. 31.
Deſcr. *Planta procumbens*, caule *teretiuſculo.* Folia *pinnata ex* 13 *vel* 17 foliolis *oblongis, inferioribus brevioribus & obverſe ovatis, omnibus obtuſis cum acumine, glabris, ad angulum acutum ſtriatis.* Spica *ramos terminat, pedunculata.* Calyces *hirſutie griſea veſtiti.* Legumina *retro falcata, hirſutie cervina ſive griſea veſtita; præter ſpicas in ultimis*

timis alis, ubi ſpicæ exeunt, flos aut legumen ſolitarium. Stipulæ *ſetaceæ. Adeoque non eſt* CLITORIA foliis pinnatis caule decumbente. Hort. cliff. 498. *uti olim ſuſpicatus ſum.*

300. CRACCA leguminibus ſtrictis adſcendentibus glabris, ſtipulis lanceolatis, foliolis oblongis glabris ſtriatis.

Vicia foliis glabris venoſis oblongis, floribus gemellis planis. *Burm. zeyl.* 228. (*t.* 108. *f.* 2. *vix.*)

Vicia zeylanica elegans. *Herm. zeyl.* 37.

Deſcr. *Maxima in ſuo genere planta.* Caulis *angulatus, glaber, inter genicula varie ſitum mutans.* Stipulæ *lanceolatæ.* Folia *pinnata cum impari;* foliola *inter ovalia & lanceolata media, obtuſa cum acumine, ſubpetiolata, glabra, ſubtus ad angulum acutum pulchre ſtriata.* Racemi *terminantes longiſſimi;* bracteis *ovatis, acuminatis, alternis; intra ſingulas pedunculi tres filiformes totidem floribus, quorum vexilla foliis latiora ſunt.* Calyces *glabri.* Legumina *viciæ, glabra.*

301. CRACCA leguminibus ſtrictis adſcendentibus glabris racemoſis terminantibus, ſtipulis ſubulatis, foliis oblongis glabris.

Coronilla zeylanica herbacea, flore purpuraſcente. *Burm. zeyl.* 77. *t.* 32.

Aſtragalus zeylanicus purpureus ſpicatus elegans. *Herm. zeyl.* 33.

Pilæghas. *Herm. zeyl.* 7.

Deſcr. Caulis *minus angulatus, rectior, rufeſcens.* Folia *pinnata cum impari ex* 13 *aut* 17 foliolis *lanceolatis, obtuſis cum acumine, glabris, ad angulum acutum ſtriatis.* Stipulæ *ſubulatæ.* Flores *foliis anguſtiores.* Racemus *terminans caulem, bracteis ovatis; intra ſingulas duo flores pedunculis capillaribus.* Legumina *viciæ, apice adſcendentia, compreſſa, parum toroſa.*

302. CRACCA ſpicis lateralibus pedunculatis, leguminibus ſtrictis pendulis, foliolis emarginatis ſubtus villoſis.

Aſtragalus zeylanicus ſericans, ſiliquis oblongis, floribus purpureis aut carneis. *Herm. zeyl.* 34.

Deſcr. *Pulcherrima planta.* Caules *nudi, flexuoſi, glabri, angulati.* Folia *pinnata ex undecim* foliolis *oblongis, obtuſis, emarginatis, ſupra glabris, ſubtus ſericeis, piloſis, ſtriatis, inferioribus brevioribus.* Pedunculi *ex ſingulis alis nudi, apice ſpicati, longitudine foliorum, glabri.* Calyces *ſubvilloſi.* Legumina *glabra, Lathyri.*

Obſ. *Hæc eſt Anil, ex quo zeylonenſes Indigo conficiunt, quod pallide cæruleo tingit colore (Melius eſt illud, quod ex Palicata & Coromandel ab Indigofera ſecunda paratur) in nullo apud zeylanenſes eſt hoc pretio: ſua ſponte creſcit locis aridis, ſabuloſis. Siliquæ & ſemina proxime accedunt ad viciæ ſemina, e quorum genere an ſit dubitandum, quia ſæpe in fruticem & arbuſculam excreſcit.* Herm. m. ſ. ſ.

303. CRACCA leguminibus binis lateralibus glabris, foliolis emarginatis ſubtus ſericeis, caule fruticoſo.

Bupilæ. *Herm. zeyl.* 14. *Burm. zeyl.* 50.

Pilæ ſpecies. *Herm. zeyl.* 12.

Deſcr. *Frutex lignoſus, teretiuſculus, fuſcus.* Folia *pinnata ex 9 ſæpius* foliolis, *obverſe ovatis, ſtriatis, emarginatis, ſubtus nitidis e pilis vix conſpicuis albidis.* Legumina *ex ſingulis alis bina, propriis pedunculis adfixa, orobi facie.*

Obſ. Genus CRACCÆ *nondum definire licet; eſt quaſi medium inter Vicias, Lathyros & Orobos; Folia cirrho deſtituta impari terminantur. Stigma Orobi aut Lathyri.*

Claſſis

Claſſis XVIII.

POLYADELPHIA.

ICOSANDRIA.

CITRUS.

304. CITRUS petiolis alatis, (fructus diametro folii longitudinem excedente.)

α Malus Aurantia ſinenſis. *Sloan. flor.* 11.
Malus Arantia regia dulcis zeylanica. *Herm. zeyl.* 63.
Malus Aurantia, cortice dulci eduli. *Bauh. pin.* 435.
Arantia in indiæ inſula zeylon, cortice dulci & ſuavi. *Dalech. hiſt.* 1175.

β Malus Aurantia, fructu rotundo maximo palleſcente caput humanum excedente. *Sloan. flor.* 212. *hiſt.* 1. *p.* 41. *t.* 12. *f.* 2. 3.
Malus Aurantia indica, fructu omnium maximo Pumpelmus dicto medulla palleſcente. *Herm. lugdb.* 405.
Malus Aurantia utriusque indiæ, fructu omnium maximo & ſuaviſſimo belgis Pompelmos, virginienſibus Schaddocks. *Pluk. alm.* 239. *Raj. dendr.* 80.
Obſ. *Habitat in Zeylona frequens quidem, ſed culta;* Arborem ſcientiæ *in terreſtri paradiſo protoplaſtis interdictam hanc β eandem fuiſſe putat* Plukenetius mant. 125.

Claſſis

Claſſis XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA ÆQUALIS.

KLEINIA.

305. KLEINIA caule herbaceo, foliis lyratis.
Chondrilla zeylanica minor marina, folio ſinapios. *Burm. zeyl.* 61.
Kadhupara. *Herm. zeyl.* 22.
Deſcr. Radix *annua.* Folia *verſus radicem multa, lyrata (Lapſanæ omnino), denticulata, virida.* Caulis *ſpithamæus, ad radicem ramoſus, ſuperne minus ramoſus.* Flores *aliquot in ramis ſubnudis.* Calyx *omnino ſimpliciſſimus, multifidus, cylindricus;* Semina *papposa;* receptaculum *nudum. Corollulas non videre licuit. Facies eſt plantæ ſemifloſculoſæ, ſed Calyx omnino Kleiniæ.*

EUPATORIUM.

306. EUPATORIUM foliis ovato-haſtatis petiolatis dentatis.
Eupatorium zeylanicum, foliis dentatis ad pediculos breves auriculatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 99.
Jacobæa, ſenecionis flore, zeylanica odorata. *Raj. app.* 188.
Cacalia foliis auriculatis ſerratis, ſupra nigricantibus, infra lanugine alba obductis. *Burm. zeyl.* 52. *t.* 21.
Pupula. *Herm. zeyl.* 5. 35. 51.
Deſcr. Folia *alterna, petiolata, ovata, crenato-dentata, baſi anguſtiora, producta auriculis parvis incurvis rotundatis, ſupra viridia glabra, ſubtus tomen-*

mentoſa & venoſa uti Salviæ. Florum corymbi *omnino Eupatorii.*

POLYGAMIA SUPERFLUA.

GNAPHALIUM.

307. GNAPHALIUM caule ramoſiſſimo diffuſo herbaceo, foliis lanceolatis alternis, corymbis inæqualibus.

Gnaphalium, latiore folio, minus ramoſum, capitulis palleſcentibus, e maderaſpatan. *Pluk. alm.* 172. *t.* 187. *f.* 5.

Deſcr. Caulis *ramoſiſſimus, ſemipedalis, undique diffuſus, tomentoſus.* Folia *alterna, in petiolos deſinentia, ſuperne latiora, acuta, tomentoſa, alba.* Corymbi *compoſiti ramos terminantes.* Flores *parvi: calyce imbricato ſquamis ovatis, fuſcis, cingente diſcum ſquamis dilatatis, rotundatis, albis; hinc flores fuſci corona alba.*

VERBESINA.

308. VERBESINA foliis oppoſitis lanceolatis obſolete ſerratis, pedunculis flore longioribus.

Bidens zeylanica, flore luteo, meliſſæ folio, Acmella dicta. *Seb. theſ.* 1. *p.* 19. *t.* 10. & 11.

Cryſanthemum maderaſpatanum latifolium, ſcabioſæ capitulis parvis. *Pluk. alm.* 99. *t.* 159. *f.* 4.

Scabioſa indica, capitulis folioſis, minor. *Herm. zeyl.* 34. *Burm. zeyl.* 210.

Achmella maderaſpatana, folio breviore. *Pet. ſicc.* 291. *n.* 13.

Deſcr. Caulis *herbaceus, erectus, pedalis, ſimplex.* Folia *lanceolata, oppoſita, pilis vagis adſperſa, obſolete ſerrata, in petiolos deſinentia.* Flos *caulem terminat, pedunculo longiore; ex hujus pedunculi altera ala alius flos longiore pedunculo, ex oppoſita ſ. altera*

tera ramus exit. Ex alis foliorum inferiorum rami, præſertim ex alternis alis.

309. VERBESINA foliis oppoſitis lanceolato-ovatis petiolatis ſerratis, pedunculis unifloris dichotomiæ caulis.

Ceratocephalos, ballotes foliis, Acmella dictus. *Vaill. act.* 1720. *p.* 326. *Burm. zeyl.* 58.

Chryſanthemum Bidens ſive Bidens zeylanica, flore luteo, lamii folio, Acmella dicta. *Breyn. acm.* 48. *t.* 48. *Raj. app.* 228.

Chryſanthemum orientale bidens ſive bicorne, ocymi majoris folio profunde crenato, floribus parvis bullatis aureis. *Pluk. mant.* 57.

Senecio indiæ orientalis, ocymi majoris folio profunde crenato. *Pluk. alm.* 343. *t.* 315. *f.* 2.

Achmella zeylanica diuretica. *Pet. ſicc.* 241. *n.* 14.

Acmella. *Dal. pharm.* 106.

Akmella. Ahamella. *Herm. zeyl.* 17.

Pharmac. ACMELLÆ *Herba.*

Deſcr. *Facies omnino Siegesbeckiæ.* Caulis *dichotomus, floribus ex divaricationibus caulis, ſolitariis; pedunculo brevi, longitudine floris.* Folia *ovata, utrinque acuminata, ſerrata, ſcabra, petiolis longiuſculis, trinervia, oppoſita.* Calyx *pentaphyllus, foliolis parvis, obtuſis & paleæ, inter ſingulos floſculos, receptaculum planum occupant.* Semina *duobus parvis dentibus, ſeu apice nuda, fibris aliquot inæqualibus vix conſpicuis.* Floſculi *fæminei quinque in radio: limbo ovato, integro, minimo.*

310. VERBESINA foliis ovatis trinerviis glabris petiolatis, ſeminibus tricornibus.

Eupatoriophalacron ſcrophulariæ folio trinervi. *Vaill. act.* 1720. *p.* 421.

Eupatoriophalacron ſcrophulariæ aquaticæ foliis oppoſitis. *Burm. zeyl.* 95. *t.* 42.

 Chry-

Chryſanthemum zeylanicum, ſcrophulariæ aquaticæ folio, Lavenia dictum. *Raj. app.* 217.

Chryſanthemum ſeminibus in capitulum congeſtis recurvis. *Herm. zeyl.* 38.

Lavenia. *Petiv. gaz.*

Deſcr. *Herba facie Siegesbeckiæ;* Folia *ovata, obtuſe ſerrata, petiolata, glabra, obtuſiuſcula, fere trinervia.* Semina *parum curva, tribus ſetis truncatis terminata, quarum duæ dorſum reſpiciunt, tertia vero ventrem.*

311. VERBESINA foliis lanceolatis obtuſiuſculis, pedunculis longis unifloris.

Caltha flore ſolitario ex alis foliorum longiſſimo pedunculo prodeunte. *Burm. zeyl.* 52. *t.* 22. *f.* 1. *bona.*

Chryſanthemum indicum minus. *Burm. zeyl.* 61.

Chryſanthemi ſeu Bellidis ſpecies, folio integro oblongo. *Burm. zeyl.* 61.

Ranwankikirinda. *Herm. zeyl.* 12, 19.

Deſcr. *Herba, ut videtur, procumbens.* Folia *oppoſita, lanceolata, obtuſiuſcula, ſubſeſſilia vel in petiolos deſinentia, ſcabra, trinervia, nervis intra baſin enatis, integerrima vel una alterave ſerratura ad latera notata.* Pedunculus *ex ala nudus, longiſſimus.*

Calyx communis *ſimplex ex decem foliolis lanceolatis, obtuſiuſculis, erectis, quorum quinque exteriora latiora & fere longiora, omnia perſiſtentia.*

Radii corollulæ *decem, lingulatæ, ovatæ, apice bifidæ.*

Diſci corollulæ *infundibuliformes, quinquedentatæ, erectæ.*

Stamina *hermaphroditis quinque, more Compoſitorum.*

Piſtilla *tam in radio quam diſco ex Germine oblongo, latiuſculo, coronato:* calyculo *campanulato perſiſtente;* ſtylo *filiformi, bifido;* ſtigmatibus *revolutis.*

Re-

Receptaculum *planum*; paleis *oblongis*, *obtuſis diſtinctum.*

Quamdiu ſemina latent, de genere hæſitamus, præſertim cum hæc facie a reliquis Verbeſinis recedat.

POLYGAMIA NECESSARIA.

SPHÆRANTHUS.

312\. SPHÆRANTHUS. *Roy. lugdb.* 145.

Sphæranthos folio oblongo major. *Vaill. act.* 1718. *p.* 383.

Sphæranthos purpurea alata ſerrata. *Burm. zeyl.* 220. *t.* 94. *f.* 3.

Scabioſa major, criſpatis foliis, alato caule, malabarienſis. *Pluk. alm.* 335.

Scabioſa indica major, caule & pediculis folioſis. *Pluk. alm.* 35. *t* 312. *f.* 6. *Raj. app.* 235.

Scabioſa minor, alato caule, maderaſpatenſis. *Pluk. alm.* 335.

Scabioſæ capitulo, chryſanthemi myconi foliis, alato caule, maderaſpatenſis. *Pluk. phyt.* 108. *f.* 7.

Conyza orientalis, alato caule, flore globoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 115.

Planta indica, alato caule, folio crenato piloſo & viſcoſo, flore glomerato purpureo. *Comm. mal.* 55.

Adaca-manjeu. *Rheed. mal.* 10. *p.* 85. *t.* 43. *Raj. app.* 241.

Mudhamahana. *Herm. zeyl.* 18

Deſcr. Caules *erectiuſculi*, *ſuperne ramoſi.* Folia *obverſe ovata*, *acutiuſcula*, *ſeſſilia*, *denticulata*, *inferne anguſtiora*, *decurrentia*, *caulem alatum efficientia.* Flores *compoſiti*, *globoſi*, *pedunculo nudo inſidentes.*

MONOGAMIA.

LOBELIA.

313. LOBELIA fruteſcens, foliis ovali-oblongis integerrimis.
Lobelia fruteſcens, portulacæ folio. *Plum. gen.* 21. *Cateſb. ornith.* 1. *p.* 79. *t.* 79.
Deſcr. *Arbuſcula* ramis *teretibus*, *craſſis.* Folia *obverſe ovata*, *in petiolos deſinentia*, *integerrima*, *obtuſa*, *glabra*, *carnoſa*; *ex alis pedunculi aliquot floribus.* *Inter pictas zeylanicas Hermanni.*

IMPATIENS.

314. IMPATIENS foliis oppoſitis linearibus, pedunculis ſimplicibus aggregatis.
Kudhumæthi. Kubulobolhida. Kurububolkinca. *Herm. zeyl.* 19.
Obſ. *Habitat in Arenoſis ſiccis ac humo pulvere plena.* Herm.
Deſcr. *Herba erecta*, Caule *ſucculento*, *articulato.* Folia *linearia*, *ſeſſilia*, *oppoſita*, *ſerrato-dentata*, *glabra.* Rami *alterni*, *ſcilicet ex ſingula alterna ala ſinguli.* Pedunculi *filiformes*, *nudi*, *uniflori*, *communiter tres ex ſingula ala*, *caulium articulis longiores.* Flores *parvi:* nectario *flore longe breviore.*

315. IMPATIENS pedunculis trifidis trifloris, foliis anguſto-lanceolatis.
Balſamina anguſtifolia, floribus ternis communi pedunculo ortis. *Burm. zeyl.* 41. *t.* 16. *f.* 2.
Balſamina fæmina anguſtifolia zeylanica kudalukola dicta. *Burm. zeyl.* 42.
Balſamina erecta ſive fæmina, perſicæ anguſto folio, zeylanica. *Herm. parad.* 105. *t.* 105.
Kudalukola. *Herm. zeyl.* 35.
Kidhamæhi. *Herm. zeyl.* 25.
Obſ. *Habitat in Paludibus.* Herm.

Deſcr.

Deſcr. Caulis *herbaceus*, *erectus*, *articulatus*. Folia *alterna*, *glabra*, *anguſta*, *lanceolata*, *longa*, *acuminata*, *in petiolos deſinentia*, *ſerrata*. Pedunculi *ex alis ſolitarii*, *ex eodem puncto in radios ſeu pedicellos tres*, *rarius duos*, *æquales*, *more umbellularum*, *cum involucro totidem foliolis lanceolatis*, *deciduis*. Flores *magni*: nectarii *cornu obtuſo*, *incurvo*, *craſſo*, *vix floris longitudine*.

316. IMPATIENS pedunculis unifloris aggregatis, foliis lanceolatis, nectariis flore longioribus.

Balſamina latifolia, floris calcari longiſſimo. *Burm. zeyl.* 41. *t.* 16. *f.* 1. *opt.*

Kudælukola. *Herm. zeyl.* 30.

Deſcr. Folia *lanceolata*, *ſed latiſſima*, *verſus baſin anguſtiora*, *in petiolos deſinentia*, *qui petioli*, *ubi in folium tranſeunt*, *utrinque glandulis notantur*; *folia inſuper glabra*, *ſerrata*, *ſerraturis inflexis*. Pedunculi *multi*, *inæquales*, *uniflori*, *aggregati*, *ex ſingulis alis*. Florum labium *ſuperius magnum*, *reliqua petala vix conſpicua*. Nectarium *anguſtiſſimum*, *ſetæ facie*, *flore duplo vel triplo longius*, *adeoque diverſiſſima a Balſamina fæmina C. B. ad quam proxime accedit*, *ſed nectarii figura & longitudine*, *petalis ſuperioribus & foliorum facie differt*.

VIOLA.

317. VIOLA foliis lanceolato-linearibus integerrimis diſtantibus, calycibus pone æqualibus.

Herba indica, flore monopetalo labiato, capſula e rotundo trilaterali octoſperma. *Raj. app.* 402.

Antirrhinum indicum purpureum puſillum. *Herm. zeyl.* 47.

Antirrhinum minus. *Herm. zeyl.* 4.

Nelam-parenda. *Rheed. mal.* 9. *p.* 117. *t.* 60.

Deſcr. Radix *perennis*. Caulis *baſi ramoſiſſimus*, *alias vix ramoſus*, *ſemipedalis*, *cum ramorum rudi-*

mentis in alis. Folia *lanceolata, integerrima, vix petiolata, alterna, diſtantia, absque ſtipulis.* Pedunculi *axillares, capillares, ſolitarii, uniflori.* Calycis *folia pone minime appendiculata.* Labium corollæ *inferius latum, eſt ſuperius nec ut in reliquis deorſum reſupinatum. Diverſa planta ab antirrhino.* Burm. zeyl. 22. t. 11.

318. VIOLA foliis lanceolatis confertis ſubſerratis, calycibus pone æqualibus.

Rubeola zeylanica, foliis latioribus Ratmul dicta. *Burm. zeyl.* 208.

Rathmul. *Herm. zeyl.* 8.

Deſcr. *Herba procumbens, ramoſiſſima, dura uti Helianthemum.* Folia *alterna, ſatis conferta, acuta, in petiolos deſinentia, vix manifeſte ſerrata.* Stipulæ *ſubulatæ, duriuſculæ, perſiſtentes, hinc planta ſcabra & fere aculeata.* Pedunculi *ex alis, ſolitarii, capillares.* Flos *ut in præcedenti.*

Claſſis XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

ORCHIS.

319. ORCHIS bulbis faſciculatis, nectarii labio bilobo integerrimo.

Orchis caule ad ſummum folioſo. *Burm. zeyl.* 176.

Orchidis ſpecies, caule ad ſummum folioſo. *Herm. zeyl.* 22.

Deſcr.

Deſcr. Caulis *ſpithamæus.* Folia *lanceolato-linearia, alterna, inferiora breviora, quo ſuperiora eo longiora.* Spica *folioſa.* Labium ſuperius *trifidum,* inferius *obverſe cordatum, bilobum.* Calcar *tenue, longitudine germinis.*

320. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio trifido filiformi: intermedio ovato, cornu brevi.

Orchis caule cubitali, ſpica parva longa rara. *Burm. zeyl.* 176.

Orchidis ſpecies caule cubitali, ſpica parva longa rara. *Herm. zeyl.* 23.

Deſcr. Radix *carnoſa, ut videtur, obſcure teſticulata, non tamen certo determino; fibræ capillares ad caulis exortum, ut in reliquis.* Caulis *ſeſquipedalis.* Folia *verſus radicem quatuor aut quinque, alterna, vaginantia, lanceolata: reliquum caulis nudum Bracteis vaginantibus circiter* 10, *acuminatis, non tamen enatis in folia.* Spica *anguſtiſſima, nuda, fere ſpithamæa, bracteis lanceolatis, longitudine florum.* Florum cornu *filiforme, germine brevius.* Labium ſuperius *æquale, connivens;* inferius *tripartitum: lacinia intermedia ovata, lateralibus filiformibus.*

TETRANDRIA.

NEPENTHES.

321. NEPENTHES. *Hort. cliff.* 431.

Nepenthes zeylanicum, flore minore. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 75.

Utricaria vegetabilis zeylanenſium, Bandura cingalenſibus dicta. *Pluk. alm.* 394. *t.* 237. *f.* 3.

Bandura zeylanica, in extremo foliorum folliculum peniformem expanſum habens. *Burm. zeyl.* 42. *t.* 17. *opt.*

Bandura cingalenſium, gentianæ indicæ ſpecies. *Raj. hiſt.* 721.

Bandura cinghalenſium planta mirabilis zeylanica in foliorum extremo folliculum peniformem expanſum habens. *Breyn. prodr.* 1. *p.* 18.

Priapus vegetabilis monorchis, Bandura cinghalenſium. *Amm. char.* 529.

Planta mirabilis deſtillatoria. *Grimm. E. N. C. an.* 1. *dec.* 2. *p.* 363. *t.* 363.

Miranda herba. *Barth. act.* 3. *p.* 38.

Badura, Bandura. *Herm. zeyl.* 16. 37.

Deſcr. *Plantæ hujus maxime mirabilis deſcriptionem dedi in Horto Cliffortiano; de ſexu adhuc dubius hæreo, & neſcio num ad Dioeciam ſit referenda. Receptacula foliorum apici inhærentia forma penis, cava, operculo clauſa, altero margine adfixo, digitis preſſo diſſiliente, aquam dulcem, limpidam, amabilem, confortantem, frigidam ſuppeditantia ad neceſſarium hominis uſum, ita ut interdum ſex vel octo receptacula tantum aquæ contineant, quantum unius hominis ſitim, cum maxima delectatione bene extinguere poſſit.* Grim.

HEXANDRIA.

PISTIA.

322. PISTIA foliis obverſe cordatis.

Lenticula paluſtris ægyptiaca ſ. Stratiotes aquatica, foliis ſedo majore latioribus. *Bauh. pin.* 362.

Stratiotes Hai alem maovi. *Alp. ægypt.* 106. *t.* 108. 109. *mala.*

Stratiotes ægyptia dioſcoridis. *Veſl. ægypt.* 44. *t.* 45. *melior. Raj. hiſt.* 1324.

Stratiotes ægyptia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 787. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 619. *ſ.* 15. *t.* 4. *f. inferior.*

Stratiotes aquatica vera. *Park. theatr.* 1249.

Nym-

Nymphæa minima maderaſpatana, foliis alas papilionum referentibus. *Pluk. alm.* 267. *t.* 207. *f.* 7. *nimis parva.*

Deſcr. Folia *obverſe cordata, integerrima, farina ſ. rore exalbido adſperſa more Sempervivi imbricata, patentia, interiora ſenſim breviora.* Radices *filiformes, ferrugineæ, ſimplices, confertæ, hirſutæ; ad baſin plantæ fila horizontalia ſ. ſtolones emittunt novas propagines. Flores aut fructus non vidi; ex facie & ſumma ſimilitudine cum* Kodda-pail Rheed. mal. 11. p. 63. t. 32. Kodda-pail paluſtris, folio oblongo & ſpecioſo. Plum. gen. 30. Sedum indicum paluſtre, foliis latiſſimis criſpis, floribus albicantibus piloſis. Comm. mal. 60. Nymphæa indica, rarioribus albicantibus foliis margine criſpatis. Pluk. mant. 137. *ad Piſticæ genus refero plantam Hermanni zeylonicam ſ. ægyptiacam, quam vix a* Kodda-pail Hort. mal. *nota aliqua diſtinguam.*

ARISTOLOCHIA.

323. ARISTOLOCHIA foliis cordato-oblongis, caule volubili, pedunculis multifloris.

Ariſtolochia longa indica aromatica. *Burm. zeyl.* 32.

Ariſtolochia clematitis indica odorata. *Herm. prodr.*

Ariſtolochia clematitis indica, flore albicante, fructu majore. *Raj. app.* 394. *Comm. mal.* 9.

Careloe-vegon. *Rheed. mal.* 8. *p.* 48. *t.* 25.

Sacſanda, Sacſáda. *Herm. zeyl.* 9.

β Ariſtolochia caule volubili, foliis cordato-oblongis planis, fructu pendulo, pedunculis ramoſis. *Hort. cliff.* 433.

Ariſtolochia ſcandens odoratiſſima, floris labello purpureo, ſemine cordato. *Sloan. flor.* 60. *hiſt.* 1. *p.* 162. *t.* 104. *f.* 1. *Raj. app.* 394.

Ariſtolochia longa mexicana. *Raj. hiſt.* 1885.

Ariſtolochia mexicana, folio acutiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 508. *ſ.* 12. *t.* 17. *f.* 7.

Tomahva Alacopatli. *Hern. mex* 42.

Deſcr. Caulis *ſcandens*, *volubilis*, *ſtriatus*. Folia *cordato-ovalia*, *integerrima*, *glabra*, *retuſa*, *petiolata*; *ramulorum vero obtuſa*, *baſi fere transverſa*. Pedunculus *ex alis*, *longitudine petiolorum*, (*hinc breviſſimus*,) *bracteis alternis*, *acutis*; *intra quas ſingulas ſinguli flores propriis pedicellis inſident*.

Obſ. *Cum folia in zeylanica ſint fere ovalia*, *ſæpe retuſa ſive emarginata*, *minime acuminata*, *& petiolis 2 vel 3 lineas longis*, *videant alii in Americana ſpecie β num diverſam conſtituat ſpeciem*.

POLYANDRIA.

GREWIA.

324. GREWIA foliis ſublanceolatis.

Grewia corollis obtuſis. *Roy. lugdb.* 476. *Hort. cliff.* 433.

Frutex baccifer malabaricus, fructu plano rotundo piloſo tetrapyreno. *Raj. hiſt.* 1624. *Comm. mal.* 30.

Angola malabarica ulmi folio. *Pet. act. n.* 267. *p.* 714.

Pai-paroea ſeu Couradi. *Rheed. mal.* 5. *p.* 91. *t.* 46. *Pluk. alm.* 275. *t.* 50. *f.* 4.

Wælmendya. *Herm. zeyl.* 3. 5. 13. *Burm. zeyl.* 26.

Deſcr. *Arbor mediocris*. Folia *ovato-lanceolata*, *ſerrata*, *petiolata*. Pedunculi *ex alis*, *tomentoſi*, *trifidi & triflori*. *Adeoque differt ab africana*, *quæ Grewia foliis rotundo-ovatis*. *Grewia corollis acutis* Hort. cliff. 433. *Guidonia ulmi foliis*, *flore roſeo aut niveo*. Plum. gen. 4.

ARUM.

325. ARUM acule, foliis ſubhaſtatis.

Arum

Arum zeylanicum minus, ſagittariæ folio. *Herm. prodr.* 315. *Burm. zeyl.* 9.
Nelenſchena major. *Rheed. mal.* 11. *p.* 39. *t.* 20.
Deſcr. Folia *cordato-ſagittata, auriculis parum extrorſum flexis, unde haſtata evadunt.* Spatha *acuminata, oblonga.* Spadix *ſubulatus, ſpatha longior.*

326. ARUM acaule, foliis trilobis, flore ſeſſili radicato.
Arum, trilobato folio, humilius & minus zeylanicum. *Herm. parad.* 78. *t.* 78. *Raj. app.* 575.
Arum humile zeylanicum latifolium, piſtillo coccineo. *Comm. hort.* 1. *p.* 97. *t.* 51.
Dracunculus indicus, folio trifido. *Tournef. inſt.* 161. *Burm. zeyl.* 89.
Dracontium indicum, folio tripartito. *Herm. zeyl.* 33.
Serpentaria zeylanica triphylla. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 90.
Panuwala. *Herm. zeyl.* 63.
Deſcr. Folia *cordata, triloba, lobis acutis, lateralibus extrorſum angulo prominulis.* Spatha *acuminata absque ſcapo manifeſto radici inſiſtens.*

327. ARUM acaule, foliis peltatis cordatis repandis: baſi bipartitis.
Arum maximum macrorrhizon zeylanicum. *Herm. parad.* 73. *t.* 73. *Raj. app.* 574. *Burm. zeyl.* 34.
Arum maximum zeylanicum, foliis nervoſis. *Herm. prodr.* 314.
Arum maximum zeylanicum, flore moſchum redolente. *Amm. char.* 345.
Habarala. *Herm. zeyl.* 63. 71.
Obſ. *Facies Ari VI.* Horti cliff. 435.

DRACONTIUM.

328. DRACONTIUM foliis ſagittatis, pedunculis petiolisque aculeatis.

Arum

Arum zeylanicum ſpinoſum, ſagittæ foliis. *Herm. parad.* 75.

Arum zeylanicum maximum ſpinoſum, radice longa repente. *Burm. zeyl.* 34.

Arum minus zeylanicum, ſagittariæ foliis. *Raj. app.* 575.

Kohiwila. *Herm. zeyl.* 56. 64.

POTHA.

329. POTHA. *Herm. zeyl.* 6. *Burm. zeyl.* 197.

Deſcr. Frutex *Hederæ modo ſcandens, radiculis lateralibus maceriis aut arborum cortici adhærentibus.* Rami *teretes.* Folia *alterna, diſtiche poſita, lanceolata, ſtriata, glabra, integerrima, Petiolo membranaceo* (*uti Aurantium*) *inſidentia.* Fructificatio *axillaris, ſolitaria, pedunculata, reflexa. Affinis Dracontii. Fructus nobis ignotus, quem Hermannus deſcribit rotundum, rubrum, edulem inſtar Fragariæ.*

Claſſis XXI.

MONOECIA.

TRIANDRIA.

COIX.

330. COIX ſeminibus ovatis *Hort. cliff.* 437.

Lacryma Jobi. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 216. *Tournef. inſt.* 532. *Burm. zeyl.* 137.

Lithoſpermum arundinaceum. *Bauh. pin.* 258.

Seſamum arundinaceum, ſemine nudo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 249. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 1.

Milium ſolis. *Bont. jav.* 152.

Milium

Milium arundinaceum, ſemine lithoſpermi facie maximo duriſſimo. *Herm. lugdb.* 426.

Karæbu. *Herm. zeyl.* 29.

β Lacryma Jobi zeylanica omnium maxima. *Burm. zeyl.* 138.

Catri-conda. *Rheed. mal.* 12. *p.* 133. *t.* 70.

Mahakarabu. *Herm. zeyl.* 40.

PHYLLANTHUS.

331. PHYLLANTHUS foliis pinnatis floriferis, floribus pedunculatis, caule herbaceo erecto.

Phyllanthus foliis alternis alternatim pinnatis, floribus dependentibus ex alis foliolorum. *Hort. cliff.* 440.

Urinaria indica erecta vulgaris. *Burm. zeyl.* 230. *t.* 93. *f.* 2.

Urinaria zeylanica erecta. *Herm. prodr.* 385.

Vitis idææ adfinis, floribus parvis hexapetalis in foliorum alis ſingulis ſeſſilibus, vaſculo ſeminali in ſex capſulas diviſo. *Raj. dendr.* 29.

Fruticulus capſularis hexapetalus, caſiæ poëtarum foliis brevioribus ſubrotundis & denſius ſtipatis. *Pluk. alm.* 159. *t.* 183. *f.* 5.

Niruri barbadenſe, folio ovali ſubtus glauco, petiolis florum breviſſimis. *Mart. cent.* 9. *t.* 9.

Kirganeli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 29. *t.* 15.

Jatha-Æmbula. *Herm. zeyl.* 11.

Deſcr. *Planta annua, erecta, floſculi pedunculis propriis dependes.*

332. PHYLLANTHUS foliis pinnatis floriferis, floribus ſeſſilibus, caule herbaceo procumbente.

Urinaria indica ſupina, cauliculis rubentibus. *Burm. zeyl.* 231.

Vitis idææ adfinis indica minor. *Raj. dendr.* 29.

Vitis idææ adfinis, flore hexapetalo rubeſcente. *Comm. mal.* 69.

Fruticulus capſularis hexapetalos, brevioribus foliis & anguſtis. *Pluk. alm.* 159. *t.* 183. *f.* 6.

Tſie-

Tſieru-kirganeli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 8. *t.* 16.
Binkohumba. Pithawakka. *Herm. zeyl.* 4. 16.
Obſ. *Differt a præcedente* caulibus *procumbentibus & quod* flores *ad alas foliolorum ſeſſiles ſint.*

333. PHYLLANTHUS foliis pinnatis floriferis, caule arboreo, fructu baccato.
Myrobalanus Emblica, foliis ſecuridacæ. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 74.
Myrobalanus Emblica officinarum. *Comm. mal.* 180.
Myrobalanus Emblica. *Raj. hiſt.* 1531. *Dal. pharm.* 334.
Myrobalani Emblicæ. *Bauh. pin.* 445.
Myrobalanifera foliis minutim inciſis. *Jonſt. dendr.* 83.
Nellica. *Zan. hiſt.* 159. *t.* 61.
Nili-camarum. *Rheed. mal.* 1. *p.* 69. *t.* 38. *Raj. hiſt.* 1556.
Pharmac. MYROBALANI EMBLICÆ *Fructus.*
Obſ. *Noctu dormit foliis complicatis, uti præcedentes duæ ſpecies.*

TRAGIA.

334. TRAGIA foliis ovatis.
Mercurialis maderaſpatenſis tricoccos acetabulis deſtituta. *Pluk. alm.* 248. *t.* 205. *f.* 4.
Ricinocarpos indica glabra, mercurialis folio. *Burm. zeyl.* 205.
Urticæ folio, flore tetrapetalo racemoſo, capſula triquetra. *Comm. mal.* 62. *Raj. app.* 205.
Pee-cupameni. *Rheed. mal.* 10. *p.* . . *t.* 82.
Obſ. *Diverſa hæc eſt ſpecies a* Tragia *foliis lanceolato-ſerratis, quæ Tragia ſcandens, longo betonicæ folio.* Plum. gen. 14.

335. TRAGIA foliis lanceolatis obtuſis integerrimis.
Chamælea foliis linearibus, floſculis ſpicatis, echinato fructu. *Burm. zeyl.* 59. *t.* 25.

Eſu-

Eſulæ ſpecies in inſula Lio, foliis anguſtioribus. *Burm. zeyl. 95.*

Tithymalus tenuifolius aquaticus, foliis raris. *Burm. zeyl. 225.*

Tithymalus tenellus indicus, foliis linariæ raris. *Herm. zeyl. 33.*

Lathyris frutefcens, fructu in foliorum alis echinato. *Raj. hiſt.* 1710.

Codi-avanacu. *Rheed. mal. 2. p. 63. t. 34. Comm. mal.* 21.

Dyanelli. *Herm. zeyl. 52. 54.*

Pittaghædhigas. *Herm. zeyl.* 22.

Deſcr. Caulis *erectus, in longos ramos erectos diviſus.* Folia *lanceolata, integerrima, obtuſa, baſi anguſtiora; ſupra diviſuras caulis oritur ſpica cum unico floſculo fæmineo absque involucro & pluribus floſculis maſculis in parvam ſpicam.*

TETRANDRIA.

URTICA.

336. URTICA foliis alternis ovato-cordatis ſerratis petiolo ſubbrevioribus.

Urtica fatua ſpicata, foliis floribusque petiolis longiſſimis donatis. *Burm. zeyl* 232. *t.* 110. *f.* 2. *bona.*

Urtica pilulifera, foliis majoribus longiſſimis pediculis, minoribus brevibus pediculis donatis. *Burm. zeyl.* 231. *t.* 110. *f.* 1.

Urtica zeylanica hortenſis urens, foliis cannabinis. *Burm. zeyl.* 29.

Urtica zeylanica, foliorum pediculis tenuiſſimis & longiſſimis, funiculis floriferis pariter tenuiſſimis prælongis, raris floſculis donatis. *Raj. app.* 106.

Urtica braſilienſis Pino indigenis dicta. *Raj. hiſt.* 159. *Comm. mal.* 276.

Lu-

Lupulo vulgari ſimilis ind. orient. floribus in ſpicam ex origine foliorum prodeuntem. *Pluk. alm.* 229. *t.* 201. *f.* 5.

Batti-Schorigeram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 75. *t.* 40.

Wattuhahambilya. *Herm. zeyl.* 29. 47.

Deſcr. Caulis *herbaceus.* Folia *alterna, viridia, ovata, acuminata, ſerrata;* Petioli *filiformes, longi, ſimpliciſſimi: florum acervis remotis, ſeſſilibus.*

MORUS.

337. MORUS foliis ovato-oblongis utrinque æqualibus ſerratis.

Betulæ ſpecies, conis oblongis villoſis, foliis oblongis ſerratis. *Herm. zeyl.* 33. *Burm. zeyl.* 47.

Arbor malabarica baccifera, cortice albicante, glomerato flore. *Comm. mal.* 29.

Tinda parua. *Rheed. mal.* 1. *p.* 87. *t.* 49.

Deſcr. *Arbor forte dioica, fœminam habet Hermannus & Rheede.* Coni *ovati, pedunculati, ex ſingulis foliorum alis ſæpius ſolitarii.* Folia *ovato-oblonga, petiolata, inæqualiter obtuſiuſcule ſerrata.*

PENTANDRIA.

AMARANTHUS.

338. AMARANTHUS racemis cylindraceis erectis, alis ſpinoſis. *Hort. cliff.* 444.

Amaranthus indicus ſpinoſus, ſpica herbacea. *Herm. lugdb.* 31. *t.* 33. *Burm. zeyl.* 18.

Amaranthus major zeylanicus ſpinoſus, flore viridi. *Amm. char.* 105.

Blitum monoſpermon indicum aculeatum, capſula rotunda. *Breyn. prodr.* 1. *p.* 18.

Kathutampala. *Herm. zeyl.* 62.

ADEL-

ADELPHIA.

RICINUS.

339. RICINUS foliis peltatis ſerratis, petiolis glanduliferis. *Hort. cliff.* 450.
Ricinus vulgaris. *Bauh. pin.* 439.
Fima. *Kæmpf. jap.* 790.
Avanacoe ſive Citavanacu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 57. *t.* 32.

ACALYPHA.

340. ACALYPHA involucris fæmineis pentaphyllis pinnatifidis.
Ricinocarpos zeylanica hirſuta, foliis lanceolatis ſerratis. *Burm. zeyl.* 202. *t.* 92.
Urtica fruteſcens malabarica Schorigeram dicta. *Raj. hiſt.* 160. *Comm. mal.* 69.
Schorigeram. *Rheed. mal.* 2. *p.* 73. *t.* 39.
Kahabilya. Wælkahabilya. *Herm. zeyl.* 18. 28. 31.
Wælkahabilya altera. *Herm. zeyl.* 18.
Deſcr. *Facies hujus plantæ maxime variat.* Folia *ovato-oblonga vel lanceolata, acuminata, ſerrato-dentata, petiolata, hiſpida aut glabra.* Caulis *vel erectus vel volubilis, hiſpidus aut glaber, ex alis pedunculus cum unico floſculo fæmineo,* involucro *magno, pentaphyllo, lineari, pinnatifido, terminato* ſpica *ex plurimis floſculis maſculis.*

341. ACALYPHA involucris fæmineis cordatis ſubcrenatis, foliis ovatis petiolo brevioribus.
Mercurialis zeylanica tricoccos cum acetabulis. *Herm. lugdb.* 686. *t.* 687. *Raj. hiſt.* 1854. *app.* 108.
Mercurialis maderaſpatana acetabulata, folio rotundo minore. *Pet. act. v.* 19. *n.* 198.
Ricinocarpos indica glabra, fructus in acetabulis gerens. *Burm. zeyl.* 203.

Urtica malabarica tricoccos. *Raj. app.* 107.
Cupa meni. *Rheed. mal.* 10. *p.* 161. *t.* 81.
Kupamenya. *Herm. zeyl.* 2.
β Ricinocarpos indica hirſuta, foliis urticæ vulgaris rotundioribus & minoribus. *Burm. zeyl.* 204.
Urtica minor iners ſpicata, folio ſubrotundo ſerrato, fructu tricocco. *Sloan. flor.* 38. *hiſt.* 1. *p.* 125. *t.* 82. *f* 3.
Urticæfolia ſpicata indica, ſpicis longis erectis, floſculis & ſeminibus crebrioribus. *Raj. app* 107.
Wellia-cupameni. *Rheed. mal.* 10. *p.* 165. *t.* 83.
Obſ. *Habitat in fimetis.*
Deſcr. Radix *caulisque annuus.* Folia *ſubovata ſeu rotundo-ovata, glabra, ſerrata, verſus petiolum acuminata, petiolo breviora.* Spica *ex alis, cui flores Fæminei* 6, 7, 8. Involucra *amplexicaulia, vix manifeſte crenata, cordata, ſingula florem fæmineum ferentia maſculis floſculis ſpicam terminantibus.*

342. ACALYPHA involucris fæmineis cordatis inciſis, foliis ovato-lanceolatis petiolo longioribus.
Acalypha foliis ovato-lanceolatis, involucris fæmineis obtuſis. *Hort. cliff.* 495.
Ricinocarpos indica hirſuta, foliis urticæ vulgaris, fructum in parvis acetabulis gerens. *Burm. zeyl.* 204.
Mercurialis tricoccos hermaphroditica ſeu ad foliorum juncturas e foliolis criſtatis julifera ſimul & fructum gerens. *Pluk. alm.* 248. *t.* 99. *f.* 4.
Æthahambilya. *Herm. zeyl.* 68.
Deſcr. Caulis *annuus, uti radix.* Folia *ovato-oblonga ſeu lanceolata, ſerrata, ſcabra, petiolis longiora. Ex alis* ſpica, *cui ad baſin unus, duo vel tres floſculi fæminei*; involucro *amplexicauli, multifido, inciſo ſeu profunde dentato; adeoque a præcedenti, cui admodum adfinis, differt in non paucis, ut vix liceat has ambas ſpecie conjungere.*

CRO-

CROTON.

343. CROTON foliis ovatis glabris acuminatis ſerratis, caule arboreo.
Ricinoides indiæ orientalis ſpicata, citrei foliis. *Amm. herb.* 373.
Ricinoides indica, folio lucido, fructu glabro, Grana Tiglia officinis dicto. *Burm. zeyl.* 200. *t.* 90.
Ricinus arbor, fructu glabro, Grana Tiglia officinis dicto. *Herm. prodr.* 370. *Comm. mal.* 58. *Raj app* 112.
Ricinus indicus, foliis ſubrotundis mucronatis glabris, pediculis longis inſidentibus, fructu oblongo glabro. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 349.
Pinus indica, nucleo purgante. *Bauh. pin* 492.
Pinei nuclei moluccani ſive purgatorii. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 322. *Raj. hiſt.* 1830.
Lignum moluccenſe, foliis malvæ, fructu avellanæ minore, cortice molliore & nigricante, Pavanæ incolis. *Bauh. pin.* 393.
Lignum moluccenſe Pavana dictum, fructu avellanæ. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 342. *Raj hiſt.* 1803.
Grana Tiglia & Lignum moluccenſe. *Dal. pharm.* 77.
Cadel-avanacu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 61. *t.* 75. *Raj. hiſt.* 167. 1855. *app.* 666.
Gajapala. Nepalam. Wayapali. *Herm. zeyl.* 15, 30.
Pharm. TIGLIÆ *Grana.*
Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, ovata, ſerrata, glabra, nervoſa, petiolata.* Racemus *ex divaricatione caulis, erectus, vix folii longitudine*; floribus *inferioribus fæmineis, ſuperioribus maſculis.*

344. CROTON foliis ovatis tomentoſis ſerrulatis petiolatis, calycibus tomentoſis.
Ricinoides aromatica arbor, circæa foliis hirſutis, floribus ſpicatis major. *Burm zeyl.* 201 *t.* 91.
Ricini ſpicati ſpecies, foliis hirſutis. *Herm. zeyl.* 25.

Ricinus arbor aromatica, fructu glabro, media Kæppæthya hermanni. *Raj. app.* 113.

Ricinus arbor indica aromatica ſubhirſuta, laccam in granis fundens, fructibus ſubhirſutis minimis, kæppæthya hermanni. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 349.

Ricinus aromaticus ſpicatus indiæ orientalis, folio circææ, ſpinis ad imum duplicatis armato, laccam in granis fundens, Cappathya cinghalenſibus. *Pluk. alm.* 320. *Raj. app.* 113.

Wælkæppethya. *Herm. zeyl.* 37.

Kappæthya. *Herm. zeyl.* 46.

Deſcr. *Arbor.* Folia *ovata, acuta, nervoſa, petiolata, ſerrata, alterna, utrinque tomentoſa, una cum petiolis & ramis tomentoſis.* Racemi *terminantes, ſimpliciſſimi;* floribus *inferioribus fæmineis tomentoſis, ſuperioribus maſculis villoſis tantum.*

Obſ. *Folia ex infuſione aquæ calidæ aut lactis tam ſurſum & deorſum purgant. Laccam ſelectiſſimam fundit ſponte ſua, quæ tanquam gemma ad ramorum exortus conſpicitur, ſed parca. Hac lacca zeylonenſes obducunt perticas, lanceas, manubria cultrorum &c. Hæc Lacca præſtantior eſt illa, quæ in Pegu & Siam a formicis conficitur, & purior. Hermannus.*

345. CROTON foliis cordatis ſcabris ſubſerratis petiolatis, caule arboreo.

Ricinoides arbor aromatica, circææ foliis, media, Walkappethya zeylonenſibus dicta. *Herm. zeyl.* 202.

Wælkæppethya. *Herm. zeyl.* 11.

Deſcr. *Arbuſcula.* Folia *alterna, cordata, petiolata, nervoſa, magis vel minus manifeſte ſerrata, ſcabra, utrinque viridia.* Racemi *terminantes, ſimpliciſſimi, erectiuſculi, longi, copioſiſſimis floribus, quorum inferiores fæminei, ſuperiores maſculi, ſtaminibus numeroſiſſimis baſi villoſis.*

346. CROTON foliis cordatis angulatis ſcabris: ſubtus tomentoſis.

Nux juglans moluccana bifida. *Burm. zeyl.* 170.

Kathakækuna. *Herm. zeyl.* 6.

Deſcr. Folia *alterna, petiolata, cordata, acuminata, ſupra ſcabra, ſubtus tomentoſa, margine repando dentata ut in Tuſſilagine.* Racemi *longi, ramoſi apice ferentes aliquot flores* calyce *hirſuto,* petalis 5, ſtaminibus 17 *circiter, capillaribus, baſi hirſutis.* Fructum *non novimus.*

347. CROTON foliis ſerratis, inferioribus quinquelobis, ſuperiroibus trilobis. *Hort. cliff.* 201.

Ricinoides herbaceum, foliis trifidis vel quinquefidis & ſerratis. *Mart. cent.* 36. *t.* 36.

Obſ. *Habetur inter Hermanni plantas zeylonenſes pictas pag.* 7.

JATROPHA.

348 JATROPHA foliis ovatis integerrimis ſubdentatis.

Nux moluccana bifida, Rathakækuna zeylonenſibus. *Burm. zeyl.* 170.

Nux moluccana, foliis inſtar ricini, ſemine nigro *Herm. zeyl.* 34. *Burm. zeyl.* 170.

Rathakækuna. *Herm. zeyl.* 24.

Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, ovata vel ovato-cordata, integerrima, vix angulis quibusdam conſpicuis aut denticulo uno alterove manifeſto nota, acuta, facie Hernandiæ, ſed non peltata.* Petioli *longitudine foliorum, duabus glandulis ſuperne, ubi folium intrant.* Corymbus *terminans caulem varie dichotomus.* Flores fæminei *brevioribus pedunculis in primariis diviſionibus ſedent;* germine *ſubrotundo,* ſtylis 4, *ſubulatis. Reliqui omnes* maſculi *ſunt; horum* calyx *monophyllus, campanulatus, bipartitus, laciniis ovatis, concavis.* Petala *quinque, lanceolata, ſubobtuſa, patula, calyce duplo longiora.* Filamenta *numeroſa, ſubulata, in ca-*

 pi-

pitulum collecta, (exteriora breviora), calycis longitudine. Antheræ cordatæ. Differt calyce, petalis 5, piſtillis 4, a reliquis Jatrophis, ſed cætera conveniunt & facies eadem; de fructu nil novimus, ideoque autoptæ accuratius examinent.

STERCULIA.

349. STERCULIA foliis digitatis.
Merda papaveris ſive Lignum ſtercoris. *Grim. zeyl.* 98.
Nux zeylanica, folio multifido digitato. *Herm. prodr.* 357. *Pluk. alm.* 266. *t.* 208. *f.* 3. *Burm. zeyl.* 169.
Prunus pentaphyllos malabarica, fructu calyci inſidente. *Raj. hiſt* 1554. *Pluk. alm.* 306.
Karil. *Rheed. mal.* 4. *p.* 75. *t.* 36.
Talebo. *Herm. zeyl.* 5. 61.

350. STERCULIA foliis ovalibus integerrimis alternis petiolatis, floribus paniculatis.
Cydonia arbor Balanghas dicta. *Burm. zeyl.* 84.
Nux juglans zeylanica minor bifida, flore puniceo. *Burm. zeyl.* 170.
Nux malabarica ſulcata mucilaginoſa fabacea. *Pluk. alm* 266.
Arbor ſiliquoſa malabarica, pluribus ad ſingulos flores lobis. *Raj. hiſt.* 1754. *Comm. mal.* 8.
Cavalam. *Rheed. mal.* 1. *p.* 89. *t.* 49.
Nawaghas. *Herm. zeyl.* 23.

SYNGENESIA.

MOMORDICA.

351. MOMORDICA pomis angulatis tuberculatis, foliis villoſis longitudinaliter palmatis. *Hort. cliff.* 457.
Momordica zeylanica, pampinea fronde, fructu longiore

giore & breviore. *Tournef. inſt.* 103. *Burm. zeyl.* 161.
Balſamina cucumerina indica, fructu majore flaveſcente. *Comm. hort.* 1. *p.* 103. *t.* 54.
Cucumis indicus puniceus major. *Herm. prodr.* 329.
Cucumis zeylanicus major, ſeminibus albis. *Herm. lugdb.* 663.
Pandipavel. *Rheed. mal.* 8. *p.* 17. *t.* 9.
Tubakiwila. *Herm. zeyl.* 67.
β Momordica indica amara, fructu tuberoſo pyriformi rubente. *Burm. zeyl.* 162.
Pavel. *Rheed. mal.* 8. *p.* 18. *t.* 10.
Karabila. *Herm. zeyl.* 39.

352. MOMORDICA pomis oblongis: ſulcis catenulatis, foliis inciſis. *Hort. cliff.* 451.
Cucumis ægyptius reticulatus ſive Luffa arabum. *Veſl. ægypt.* 199. *t.* 58. 59. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 35. *ſ.* 7. *t.* 7. *f.* 1. 2. *Raj. hiſt.* 640.
Pepo indicus reticulatus, ſeminibus albis, major. *Herm. lugdb.* 482. *Burm. zeyl.* 185.
Luffa arabum. *Tournef. act.* 1706. *Dill. gen.* 157.
Wæthakola. *Herm. zeyl.* 62.

BRYONIA.

353. BRYONIA foliis palmatis lævibus quinquepartitis, laciniis lanceolatis repando-ſerratis.
Bryonia zeylanica, folio quinquepartito. *Burm. zeyl.* 49.
Hondala. *Herm. zeyl.* 25. 41. 62.
Deſcr. Folia *palmata, cordata, quinquepartita, laciniis lateralibus brevioribus, repando-dentata, tenera, viridia, herbacea, ſupra punctis vix conſpicuis confertiſſimis, in venis & pedunculis tuberculis calloſis.* Baccæ *globoſæ, magnæ.*

354. BRYONIA foliis cordatis oblongis quinquangularibus dentatis ſcabris.

Kawudhukakin. Tittakelankækiri. *Herm. zeyl.* 20.

Deſcr. Caulis *angulatus*, *ſcaber*. Folia *petiolis longis*, *cordata*, *oblonga*, *quinquangula*: *angulis inferioribus brevioribus*, *ſcabra*, *dentata*. Cirrhi *ex alis*.

355. BRYONIA foliis palmatis ſcabris: laciniis lanceolatis ſerratis: lateralibus minimis. *Hort. cliff.* 452.

Bryonia zeylanica, foliis profunde laciniatis. *Herm. lugdb.* 95. *t.* 95. *Burm. zeyl.* 50. *Raj. hiſt.* 1875.

Balſamina ſcandens ſive Momordica indica bryonioides, fructu lævi minori rubro: albis venis variegato. *Herm. parad.* 103.

Momordica minor indiæ orientalis, bryoniæ facie, fructu glabro molli, uvæ criſpæ magnitudine & effigie, ſuavepurpuraſcente, lineis niveis ſtriato. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 74.

Baſnagilli. *Herm. zeyl.* 73.

356. BRYONIA foliis cordatis oblongis angulatis dentatis glabris.

Bryonia folio anguloſo acuto glabro. *Burm. zeyl.* 48. *t.* 19. *f.* 1. *an?*

Cucumis maderaſpatenſis, fructu minimo. *Pluk. alm.* 133. *t.* 170. *f.* 3.

Telankækivi. *Herm. zeyl.* 23.

Deſcr. Caulis *herbaceus*, *tenuis*, *angulatus*. Folia *cordata*, *angulata ad baſin ſæpe angulata*, *oblonga*, *acuta*, *dentata*, *glabra*, *amplexicaulia*, *petiolata*. Cirrhi & pedunculi *ex alis*.

Claſſis

Claſſis XXII.

D I O E C I A.

PENTANDRIA.

ANTIDESMA.

357. ANTIDESMA.

Antideſma ſpicis geminis. *Burm. zeyl.* 22. *t.* 10.

Groſſularia zeylanica, baccis minoribus acidiuſculis. *Herm. zeyl.* 11. *Burm. zeyl.* 112.

Baccifera maderaſpatana ribis more, floribus muſcoſis juli inſtar. *Pet. muſ.* 621. *Raj. dendr.* 27.

Berberis indica, aurantii folio. *Comm. mal.* 15. *Raj. hiſt.* 1616.

Planta folia habens oblongo-rotunda. *Herm. zeyl.* 19. *Burm. zeyl.* 194.

Arbor indica, ovali folio, floſculis plurimis in ſpicis ſummo ramulo diſpoſitis acinifera. *Pluk. mant.* 22. *t.* 329. *f.* 1.

Noeli-tali. *Rheed. mal.* 4. *p.* 19. *t.* 56.

Æmbilla. *Herm. zeyl.* 19. 26.

Deſcr. *Arbor, cortice minus æquali.* Rami *alterni.* Folia *ovata (Lauri), integerrima, alterna, ſubpetiolata.* Spicæ *binæ pluresve, villoſæ, ad apices ramorum.*

HEXANDRIA.

DIOSCOREA.

358. DIOSCOREA foliis cordatis alternis, caule lævi. *Hort. cliff.* 459.

Ricophora indica ſive Inhame malabarica, folio rotundo in acutiſſimum apicem mucronato. *Pluk. alm.* 32.

Mukelengu. *Rheed. mal.* 8. *p.* 97. *t.* 51.

Dioſcorea ſcandens, folio tammi, fructu racemoſo. *Plum. gen.* 9. *Barr. amer.* 42.

Volubilis nigra, radice tuberoſa compreſſa maxima digitata farinacea eſculenta, folio cordato nervoſo. *Sloan. flor.* 46. *hiſt.* 1. *p.* 140.

Rhizophora americana. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 207.

Roſſakinda. *Herm. zeyl.* 207.

Deſcr. Folia *cordata, glabra, acuta, nervoſa, mollia, longitudine & latitudine æqualia.*

359. DIOSCOREA foliis cordatis, caule lævi bulbifero. *Hort. cliff.* 459.

Rhizophora zeylanica, ſcammonii folio ſingulari, radice rotunda. *Herm. parad.* 217. *t.* 217. *Burm. zeyl.* 207.

Ricophora indica, bryoniæ nigræ ſimilis, ad foliorum ortum verrucoſa. *Pluk. alm.* 321. *t.* 220. *f.* 6.

Tamnus tuberifera, radice fungiformi. *Plum. ſpec.* 3.

Battata ſylveſtris, foliis ſmilacis nervoſis, flore vidua, fructu triangulari compreſſo diſpermo. *Raj. app.* 133.

Katu-katſiil. *Rheed. mal.* 7. *p.* 69. *t.* 36.

Kathuwala. *Herm. zeyl.* 46.

Deſcr. Folia *cordata, multinervia, acuminata; ex ſingulis alis tubera radicantia.*

360. DIOSCOREA foliis cordatis, caule alato bulbifero.

Volubilis nigra, radice alba aut purpurea maxima tuberoſa eſculenta farinacea, caule membranulis exſtantibus alato, folio cordato nervoſo. *Sloan. flor.* 46. *hiſt.* 1. *p.* 139.

Ricophora indica, foliis Inhame, rubra, caule alato, ſcammonii foliis nervoſis conjugatis. *Herm. prodr.* 370. *Pluk. alm.* 321. *Burm. zeyl.* 206.

Polygonum ſcandens eſculentum Inhyama dictum. *Barr. amer.* 97.

Battata ſylveſtris indica, foliis ſmilacis lævibus, caulibus alatis, flore vidua, pro fructu glandes tuberoſas ad exortum foliorum emittens. *Raj. app.* 134.

Caro braſilienſis Inhame de S. Thomæ congenſibus Quicquo aquicongo. *Marcgr. braſ.* 29. *Piſ. braſ.* 93.

Katſiil-kelengu. *Rheed. mal.* 7. *p.* 71. *t.* 38.

Welala. *Herm. zeyl.* 20.

Deſcr. Folia *profundiſſime cordata, glabra, trinervia, fere duplo longiora quam lata, acuminata.* Caulis *membranis longitudinalibus, uti Convolvulus Turbith, inſtructus.*

361. DIOSCOREA foliis oppoſitis ovatis acuminatis.

Inhame maderaſp. foliis binis pulchre venoſis. *Pet. gaz.* 50. *t.* 31. *f.* 6.

Planta, cinnamomi folio, convolvulacea, floſculis parvis muſcoſis racematim in pilis ſ. nucamentis diſpoſitis. *Herm. zeyl.* 31.

Deſcr. *Facies Smilacis.* Caulis *teres, lignoſus, ſarmentoſus, volubilis, inermis.* Folia *oppoſita, ovata, acuminata, trinervia, integerrima, glabra, petiolata, pendula.* Racemi *ex alis foliorum, oppoſiti, ſolitarii, ſubvilloſi, compoſiti ex* amentis *tribus cylindraceis: floſculis ſubſeſſilibus:* calyce *hexaphyllo: foliolis ovatis:*

tis, tribus alternis minoribus. Staminibus *ſex, ejusdem longitudinis; ergo* mas.

362. DIOSCOREA foliis peltatis ſubcordatis.
Smilax foliis peltatis cordato-oblongis, floribus minutiſſimis & copioſiſſimis. *Burm. zeyl.* 218. *t.* 101.
Kohipiſſan. *Herm. zeyl.* 21. 27.
Deſcr. Caulis *herbaceus, ſcandens, volubilis.* Folia *ovata, glabra, peltata, acuta; ſuperiora ſubcordato-oblonga, acuminata.* Flores *paniculati, minimi, maſculi. De fæmina nulla nobis certitudo, hinc nec de genere, utrum Smilacis, Tami, Rajaniæ, Meniſpermi, Dioſcoreæ. Ex facie huc retulimus.*

363. DIOSCOREA foliis digitatis. *Hort. cliff.* 459.
Ricophora pentaphyllos, caule ſpinoſo, fructu oblongo triquetro, malabaræa. *Pluk. alm.* 321.
Battala indica, caule ſpinoſo, foliis digitatis, fructu triangulo cum tribus intus ſeminibus compreſſis. *Raj. app.* 133.
Nureni-kelengu. *Rheed. mal.* 7. *p.* 67. *t.* 35.

SMILAX.

364. SMILAX caule aculeato quadrato, foliis inermibus: caulinis cordatis, ramulorum ovato-oblongis.
Smilax indica ſpinoſa, folio cinnamomi, Pſeudo-china quibusdam. *Burm. zeyl.* 217.
Kabaloſſa. *Herm. zeyl.* 22.
β Smilax caule tereti inermi, foliis cordato-ovatis acutis inermibus, petiolis bidentatis. *Hort. cliff.* 459.
Smilax virginiana foliis innocuis armata, latis canellæ foliis, radice arundinacea craſſa nodoſa & carnoſa. *Pluk. alm.* 349. *t.* 110. *f.* 5. *Raj. app.* 345.
Smilax aſpera, fructu nigro, radice nodoſa magna lævi farinacea China dicta. *Sloan. flor.* 105. *hiſt.* 1. *p.* 231. *t.* 143. *f.* 1.

Chi-

China ſpuria nodoſa. *Bauh. pin.* 297. *Raj. hiſt.* 658.
China occidentalis. *Dal. pharm.* 184.
Jupicanga. *Piſ. braſ.* 99. 257.
Olcacatzan ſive Pahuatlanica. *Hern. mex.* 212.

γ Smilax caule tereti inermi, foliis inermibus: caulinis cordatis, ramorum lanceolatis, pedunculis longiſſimis. *Gron. virg.* 193.

Deſcr. Caulis *aculeis minutiſſimis, teretiuſculus, quatuor parvis angulis, ita ut duo latera oppoſita ſint paulo latiora reliquis.* Folia *inferiora ſive caulina cordata ſive ovata, glabra, absque ſpinis; ramorum vero laurina, ovato-lanceolata, omnia trinervia vel (ſi minimum nervum juxta marginem numeres) quinquenervia, obtuſe acuminata.* Petioli *breves, denticulo utrinque obtuſo notati.* Cirrhi *non ex petiolis, ſed ex alis e parvo rudimento, quod pedunculum & fructificationem forte emitteret.* Pedunculus *foliis brevior, verſus baſin duobus denticulis oppoſitis. Hinc differt Grenoviana planta pedunculo longiſſimo & annua. Inquirendum an Americana e Mexico, Braſilia, Jamaica & Virginia caule perfecte tereti gaudeat, tum a noſtra diverſa erit.*

DECANDRIA.

CARICA.

365. CARICA foliorum lobis ſinuatis. *Hort. cliff.* 461.

Papaya mas. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 170. *Burm. zeyl.* 184.

Papaya fœmina. *Burm. zeyl.* 184.
Papaya fructu melo-peponis effigie. *Plum. ſpec.* 20.
Papaya major, flore & fructu majoribus, pediculis curtis inſidentibus. *Sloan. flor.* 202. *hiſt.* 2. *p.* 164.

Am-

Ambapaya. *Rheed. mal.* 1. *p.* 21. *t.* 15. *f.* 2.
Mamæra mas. *Cluſ. cur.* 80.

Papaya-maram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 23. *t.* 15. *f.* 1.
Mamæra fæmina. *Cluſ. cur.* 80.
Arbor platani folio, fructu peponis magnitudine eduli. *Bauh. pin.* 431.
Ficus arbor utriusque indiæ, platani foliis, monopeleches, fructu mali cydonii aut melonis magnitudine. *Pluk. alm.* 145. *t.* 278. *f.* 1.
Papolghaha. *Herm. zeyl.* 66.

GYNANDRIA.

CLUTIA.

366. CLUTIA foliis cordato-lanceolatis.
Elutheria. *Hort. cliff.* 486.
Elutheria providentiæ, folio cordato ſubtus argenteo, Sweet-bark ſive cortex bene olens. *Pet. coll.* 1. *n.* 276.
Ricinus dulcis arboreſcens americanus, populnea fronde argentea ſive foliis populi nigræ argenteis. *Breyn. prodr.* 2. *Pluk. alm.* 321. *t.* 220. *f.* 5. *Seb. theſ.* 1. *p.* 56. *t.* 35. *f.* 3.
Ricinus arbor zeylanica dulcis. *Burm. zeyl.* 65.
Ricinoides elæagni folio. *Plum. ſpec.* 20. *Cateſb. orn. t.* 97.
Styrax rubra officinarum. *Bauh. pin.* 452.
Thus judæorum. *Park. theatr.* 1602.
Cortex thuris. *Dal. pharm.* 378.
Schakarilla, Chakarilla. *Mont. exot.* 2.
Mahapatighaha. *Herm. zeyl.* 65.
Pharm. CASCARILLA (*Thymiatis*) *Cortex*, *Eſſentia.*

367.

367. CLUTIA foliis ovalibus petiolatis retuſis, floribus racemoſis ſeſſilibus.

Baccifera indica, fructu tetraſpermo in foliorum alis ſeſſili. *Raj. hiſt.* 1623.

Arbor foliis latis ſubrotundis venoſis, ſubtus glaucis, ſpicis longis. *Herm. zeyl.* 27. *Burm. zeyl.* 29.

Corni ſive Sorbi ſpecies. *Bont. jav.* 103.

Scherunam-cottam. *Rheed. mal.* 2. *p.* 23. *t.* 18. *male.*

Deſcr. *Arbor* petiolis *brevibus.* Folia *alterna, ovalia, obtuſa vel retuſa, fagi æmula, margine reflexo, ſubtus venis ſeu nervis transverſis prominulis notata.* Racemi *ex alis ſimpliciſſimi; ex apicibus ramorum in tres vel quatuor pedunculos alternos diviſi: omnes filiformes, foliis fere longiores, in quibus* flores *hinc inde catervatim congeſti, ſeſſiles, quorum* Perianthium *quinquefidum, acutum.* Petala *quinque, minima, tridentata.* Nectaria *non video, ſed marginem receptaculum cingentem. Columna in medio filamentis quinque horizontalibus & antheris verſatilibus.*

Obſ. Fæminam *non vidi, quam Rheede Baccam eſſe tradit.*

Claſſis XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

MUSA.

368. MUSA racemo ſimpliciſſimo. *Hort. cliff.* 467.

Muſa cliffortiana. *Muſ. cliff. t.* 1. 2.

Muſa. *Cluſ. exot.* 229. *Rauw. itin.* 59. *Sterb. citr. t.* 4. *Garc. act. angl.* 1730. *n.* 415. *p.* 384. *t.* 2.

Muſa

Muſa arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 148. *Raj. hiſt.* 1374.
Muſa ſerapionis, Ficus indica. *Burm. zeyl.* 164.
Maus. *Alp. ægypt.* 81.
Palma humilis, longis latisque foliis. *Bauh. pin.* 107.
Ficus indica, fructu racemoſo, folio oblongo. *Bauh. pin.* 508.
Ficus cujus foliis pro papyro utuntur turcæ. *Bauh. pin.* 19.
Arbor foliis ampliſſimis, fructu cucumeris forma. *Bauh. pin.* 508.
Bala. *Rheed. mal.* 1. *p.* 17. *t.* 12. 13. 14.
Kehelghaha. *Herm. zeyl.* 70.

CELTIS.

369. CELTIS foliis oblique cordatis ſerratis: ſubtus villoſis.
Ulmus fructu baccato. *Hort. cliff.* 83.
Muntingia folio ulmi aſpero. *Plum. gen.* 41 ?
Loti arboris folio anguſtiſſimo Arbor baccifera racemoſa, fructu minimo croceo monopyreno. *Sloan. flor.* 163. *hiſt.* 2. *p.* 80.
Salvifolia arbor orientalis, foliis tenuiſſime crenatis. *Pluk. alm.* 329. *t.* 221. *f.* 4.
Baccifera indica racemoſa, florum ſtaminulis binis, acinis monopyrenis. *Raj. hiſt.* 1597.
Arbor Ghæduba dicta. *Burm. zeyl.* 26.
Mallam-toddali. *Rheed. mal.* 4. *p.* 83. *t.* 40.
Ghædhaba. Gædhumba. *Herm. zeyl.* 14. *Burm. zeyl.* 102.
Deſcr. *Arbor.* Folia *alterna, oblique cordata, altero lobo baſeos obliterato, nervoſa, glabra, minutiſſime ſerrata, petiolata, ſubtus villoſa nervis nudis.* Pedunculi *axillares, breviſſimi, ramoſi.*

HOLCUS.

370. HOLCUS glumis glabris. *Hort. cliff.* 468.

Milium

Milium arundinaceum, ſubrotundo ſemine, Sorgo nominatum. *Bauh. pin.* 26. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 196. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 7.
Milium indicum, ſemine fuſco, juba longa. *Burm. zeyl.* 159.
Melica ſeu Sorghum. *Dod. pempt.* 508.
Kauringhu. *Herm. zeyl.* 44.

PARIETARIA.

371. PARIETARIA foliis oppoſitis.
Parietaria zeylanica. *Herm. zeyl.* 30.
Deſcr. *Herba* caule *pedali, ſimplici, erecto, tetragono.* Folia *oppoſita, oblongo-ovata, integerrima, tenuia, nervoſa, ſcabra, longis laxisque petiolis inſidentia.* Flores *verticillati, ſeſſiles, ex iisdem alis* ramuli *oppoſiti, parvi, breves, ſimpliciſſimi. Utrum hæc ſit vera Parietariæ aut Urticæ androgynæ ſpecies, non certo determino; facies certe Parietariæ noſtratis & piſtilla & floſculi maſculi.*

Claſſis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

PLANTÆ.

FICUS.

372. FICUS foliis cordatis integerrimis acuminatis. *Hort. cliff.* 471.
Ficus malabarienſis, folio cuſpidato, fructu rotundo parvo gemino. *Pluk. alm.* 144. *t.* 178. *f.* 2.
Arbor zeylanica religioſa, foliis perpetuo mobilibus. *Burm. zeyl.* 29.

Arealu. *Rheed. mal. 1. p. 47. t. 27.*
Boghas, Budughaha, Budughas. *Herm. zeyl. 42.*

FILICES.

OSMUNDA.

373. OSMUNDA frondibus lanceolatis indiviſis verticillato-terminatricibus.

Deſcr. *Planta pedalis*, caule *nudo, quem terminant* folia *ſæpius ſeptem, petiolata, indiviſa, lanceolata, in orbem poſita, erecta, inter quæ* ſpica *cylindrica, pedunculata. Inter pictas Hermanni plantas eſt.*

OPHIOGLOSSUM.

374. OPHIOGLOSSUM caule flexuoſo, frondibus oppoſitis pinnatis, foliis utrinque ſpiciferis. *Hort. cliff.* 473.

Filix ſcandens pulchra braſiliana. *Breyn. cent.* 185. *t.* 96.

Lonchitis, ſcandens braſiliana, pinnulis eleganter laciniatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 568. *ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 15.

Phyllitidi multifidæ adfinis filix ſcandens in pinnis tantum diviſa oblongis anguſtis lanciniatis. *Sloan. flor.* 19. *hiſt.* 1. *p.* 88.

Tſieru-valli-panna. *Rheed. mal.* 12. *p.* 65. *t.* 33.

Paba foliis inciſis. *Burm. zeyl.* 180. *Herm. zeyl.* 6.

Deſcr. Caulis *lævis, ſcandens, teres, volubilis.* Folia *fructificantia, alternatim pinnata,* foliolis *lanceolatis, baſi appendiculatis & fere haſtatis, ſerraturis ſpeciferis.*

375. OPHIOGLOSSUM caule flexuoſo angulato, petiolis diphyllis, foliolis trifido-palmatis.

Valli-panna. *Rheed. mal.* 12. *p.* 6. *t.* 32.

Paba foliis non inciſis. *Herm. zeyl.* 6. *Burm. zeyl.* 180.

Deſcr.

Deſcr. *Præcedenti valde adfinis.* Caulis *flexuoſus, anguſtus.* Frondes *ex tuberculo laterali fere oppoſitæ, ſingulæ petiolo diphyllo, ſingulo* foliolo *palmato ſeu fere ad baſin in lacinias tres lanceolatas ſerratas ſecto, quarum exterior brevis eſt.*

ACROSTICHUM.

376. ACROSTICHUM fronde pinnata, pinnis alternis linearibus ſurſum pinnulatis: inferioribus bipartitis. *Heiligt. acroſtic.* 12. *n.*7. *f.*3.

Acroſticum maderaſpatanum, foliis laciniatis. *Pet. muſ.* 741. *Raj. app.* 72.

Filicis humilis ſpecies ſegmentis longis & anguſtis. *Burm. zeyl.* 98.

Planta ſiliquoſa bivalvis unicapſularis, ſiliquis in plurimos ramulos foliatos diffuſis, crithmi marítimi ſegmenta quodammodo mentientibus. *Pluk. alm.* 298. *t.* 215. *f.* 3.

Rillæ an ſpecies? *Herm. zeyl.* 75.

Deſcr. *Facies folii Peucedani ſive folii Crithmi*; ſtipites *plures ex una radice, æquales,* pinnæ *alternæ, lineares, pinnatifidæ:* pinnulis *linearibus, acutis, integerrimis.*

377. ACROSTICHUM fronde pinnata, pinnis alternis utrinque pinnatifidis; ſterilibus latioribus.

Thalictrum zeylanicum aquaticum. *Herm. zeyl.* 36. *Burm. zeyl.* 222.

Deſcr. *Planta facie foliorum Oenanthes vel Thalictri.* Frondes *alternatim pinnatæ, petiolatæ, aliæ latiores & ſteriles, aliæ anguſtiores & fructiferæ. Sterilium* pinnæ *alternatim inæqualiter pinnatæ:* foliolis *ſinuatis, ſubovatis, difformibus. Fertilium* pinnæ *alternatim pinnatæ, foliolis remotis, linearibus; ſæpe quinquepartitis laciniis linearibus divaricatis. Nulla in hac ſpecie ſtrigoſitas, ut in reliquis Filicibus, ſed mollities herbacea; margo reflexus foliorum tegit fructificationes, num unquam dehiſcat neſcio.*

378. ACROSTICHUM frondibus integerrimis glabris petiolatis: ſterilibus ſubrotundis, fertilibus linearibus. *Heiligt. acroſt.* 9. *n.* 1. *f.* 2.

Phyllitis repens ſcandensve, foliis duplicibus, aliis latis & ſubrotundis, aliis longis & anguſtis. *Raj. app.* 13.

Filix ſcandens, nummulariæ folio. *Pet. muſ.* 217.

Muſcus zeylanicus arboreus clavatus, foliis craſſis rotundis, lycopodii fructu compreſſo. *Herm. zeyl.* 38.

Maretta-mala-maravara. *Rheed. mal.* 12. *p.* 87. *t.* 29. *Comm. mal.* 23.

379. ACROSTICHUM caulibus triquetris, fronde digitata brevi lineari integerrima æquali. *Heiligt. acroſt.* 10. *n.* 5. *f.* 1.

Planta pluribus foliis triquetris, inſtar graminis cyperini, ſummitate foliorum in plurima folia biuncialia diviſis. *Herm. zeyl.* 27. *Burm. zeyl.* 194.

Deſcr. Stipites *radicati, lineares, triquetri.* Frons *digitata ex foliolis* 9, *linearibus, obtuſis, erectis, interne fructificantibus.*

Obſ. *In Tomo quarto habetur Acroſticum nudum, ſpica ſecunda adſcendente reflexa compreſſa.* Heiligt. acroſt. 11. f. 4. 5. *Juncus africanus pectinato capite.* Moriſ. hiſt. 3. p. 233. ſ. 8. t. 19. f. 30. Herm. afr. 15. Pluk. phyt. 95. f. 7. Raj. app. 629. *ſed puto lectum in reditu e zeylona ad Caput Bonæ Spei.*

380. ACROSTICHUM frondibus lineari-lanceolatis acutis, caule ſcandente. *Heiligt. acroſt.* 9. *n.* 2.

Tiripanna. *Rheed. mal.* 12. *p.* 141. *t.* 74.

Pihæmburu. *Herm. zeyl.* 2. *Burm. zeyl.* 193.

Obſ. *Habitat in Arboribus putridis.*

Deſcr. *Repit radice filiformi.* Frondes *lineari-lanceolatæ, petiolatæ, integerrimæ, coriaceæ, acuminatæ, ſubtus craſſo albicante tomento veſtitæ, ſpithamam longæ.* Fructificationes *non video, ex facie huc refero.*

ADI-

ADIANTHUM.

381. ADIANTHUM fronde ſimpliciter pinnata acuminata, foliolis recurvis inciſis.

Adianthum caule reflexo, pinnis alternis ſtriatis in ſummo crenatis & frugiferis. *Burm. zeyl.* 8. *t.* 5. *f.* 1.

Adianthum zeylanicum filicis facie. *Herm. zeyl.* 37.

Filicula maderaſpatana, foliolis furcatis, ex apice prolifera. *Pet. muſ.* 767.

Rillæ ſpecies. *Herm. zeyl.* 9.

Deſcr. Stipites *ex ſingula radice plures, erecti, nigri, hiſpidi, pedales, indiviſi, alternatim pinnati:* foliolis *oblongis, recurvis, baſi truncatis, apice rotundatis, antice inciſis; ſummi autem ſtipitum apices foliolis minoribus & recurvis gaudent.*

POLYPODIUM.

382. POLYPODIUM foliis ſterilibus ſimplicibus brevioribus obtuſis ſinuatis, fructificantibus alternatim pinnatis: pinnis lanceolatis.

Polypodium exoticum folio quercus. *Bauh. pin.* 359. *Burm. zeyl.* 195.

Polypodium indicum. *Cluſ. exot.* 88. *c.* 89.

Polypodium indicum, foliis latiſſimis. *Comm. mal.* 55.

Panna-kelengo-marava. *Rheed. mal.* 12. *p.* 23. *t.* 11.

Beduru, Beaduru. *Herm. zeyl.* 7.

Deſcr. Frons *adeſt fructificans, quæ adeo exacte refert Polypodium* 3. Hort. 475. *ſeu Polypodium majus aureum* Plum. *ut pro eadem haberem planta, niſi lectum in zeylona ab Hermanno; reliqua folia dimidio breviora, latiora, tantum ſinuata, facie Quercus.*

383. POLYPODIUM fronde pinnata, foliolis falcato-lanceolatis ſerratis, baſi truncata ſurſum auritis.

Filix zeylanica, lonchitidis facie. *Breyn. cent.* 189. *t.* 44. *f.* 2. *Raj. app.* 69. *Burm. zeyl.* 98. *t.* 44. *f.* 2.
Filix ſive Lonchitis aſpera maxima indorum. *Pluk. alm.* 152. *t.* 30. *f.* 4.
Lonchitis aſpera zeylanica, alis falcatis leviſſime denticulatis & ſuperiore latere auriculatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 566.
Rilla Filicis ſpecies, foliis alternis denticulatis indiviſis uncialibus. *Herm. zeyl.* 7.
Obſ. *Noſtra planta tota glabra eſt.*

384. POLYPODIUM fronde ſupradecompoſita piloſa, foliolis lanceolatis pinnatis, pinnis pinnatifidis.
Filix zeylanica ramoſa denticulata. *Herm. zeyl.* 35. *Burm. zeyl.* 98.
Filix zeylanica denticulata non ramoſa. *Herm. zeyl.* 36.
Filix bermudenſis elegans ramoſa, pinnis rarioribus profunde dentatis ſpelunca rupium innaſcens, cauliculis muſcoſa lanugine obductis. *Pluk. alm.* 155. *t.* 244. *f.* 2. *certo.*

TRICHOMANES.

385. TRICHOMANES fronde pinnata, foliolis enſiformibus acuminatis inciſo-ſerratis: ſerraturis bifidis.
Filix foliis alternis denticulatis indiviſis uncialibus. *Burm. zeyl.* 97.
Filix non ramoſa zeylanica, foliis adianthi in modum ſerratis. *Burm. zeyl.* 97. *t.* 43. *bona.*
Filix zeylanica, foliis adianthi in modum inciſis. *Herm. zeyl.* 36.
Adianthum africanum rutæ murariæ æmulum, ſegmentis longioribus acutis. *Pluk. alm.* 10. *t.* 123. *f.* 6.
Rillæ ſpecies. *Herm zeyl.* 9.
Obſ. *Flores non vidi; ex facie Trichomanis videtur Species.*

MU-

MUSCI.

LYCOPODIUM.

386. LYCOPODIUM erectum dichotomum, foliis cruciatis; ſpicis gracilioribus. *Dill. muſc.* 450. *t.* 61. *f.* 5.

Selago indiæ orientalis ſive Phlegmaria admirabilis zeylanica. *Breyn. cent.* 180. *t.* 92. *Raj. hiſt.* 1582. *app.* 655. *Burm. zeyl.* 211.

Tana-pouel paatſia maravara. *Rheed. mal.* 12. *p.* 27. *t.* 14.

Deſcr. Caulis *altus*, *dichotomus*. Folia *ovata*, *ſeſſilia*, *cruciatim quaterna*, *acuta*, *rigida*, *horizontalia*. Spicæ *terminatrices*, *dichotomæ*, *filiformes*, *longæ*, *imbricatæ*.

387. LYCOPODIUM erectum ramoſiſſimum, ſpicis ovatis ſeſſilibus nutantibus.

Lycopodium fruteſcens capillaceum criſpum, ſpicis brevibus nutantibus. *Dill. muſc.* 456. *t.* 63. *f.* 10.

Lycopodium zeylanicum erectum ramoſiſſimum. *Burm. zeyl.* 144. *t.* 66.

Lycopodium zeylanicum erectum, foliis craſſioribus & magis compreſſis. *Burm. zeyl.* 145.

Muſcus zeylanicus erectus perpetuo virens in arboris proceritatem excreſcens. *Pluk. alm.* 257. *t.* 47. *f.* 9.

Muſcus zeylanicus terreſtris clavatus erectus Badalvanaſſa zeylon hermanni. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 624. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 6.

Muſcus terreſtris zeylanicus erectus ſive Lycopodium zeylanicum. *Herm. zeyl.* 36.

Muſcus clavatus erectus, criſpatis foliolis, ſpongiæ imitamentum ex china. *Pluk. alm.* 149. *t.* 431. *f.* 3.

Muſcus maximus, coridis folio, viticulis late ramoſis. *Plum. ſpec.* 16. *filic.* 144. *t.* 165.

Muſcus fruteſcens, caulibus & ramulis foliolis capillaribus undique cinctis. *Raj. app.* 31.
Bellon-patſia. *Rheed. mal.* 12. *p.* 73. *t.* 39.

388. LYCOPODIUM procumbens repens, ramis ſubſpicatis, foliis diſtichis alternis ovatis appendiculatis.
Lycopodium denticulatum minus zeylanicum. *Burm. zeyl.* 144.
Lycopodioides repens, pinnulis ornithopodii. *Dill. muſc.* 464. *t.* 66. *f.* 1. *B.*
Muſcus lycopodioides denticulatus ſcandens repensve in extremitatibus ramulorum polyſpermos ex jehore. *Pet. muſ.* 535. *Raj. hiſt.* 32.
Muſcus denticulatus zeylanicus minor. *Herm. zeyl.* 29.

ALGÆ.

FUCUS.

389. FUCUS caule tereti ramoſiſſimo, frondibus lanceolato-linearibus ſerratis, fructificationibus globoſis pedunculatis folioque umbilicatis. *Hort. cliff.* 478.
Fucus folliculaceus, ſerrato folio. *Bauh. pin.* 365.
Lenticula marina, ſerratis foliis. *Dalech. hiſt.* 1397. *Sloan. flor.* 4.
Sargazo. *Piſ. braſ.* 2. *p.* 266.
Obſ. *Mare herbidum inſtar prati reddit ſæpe planta natans.*

P A L M Æ.

PHOENIX.

390. PHOENIX frondibus pinnatis, foliolis alternis enſiformibus baſi complicatis, ſtipitibus compreſſis dorſo rotundatis. *Hort. cliff.* 482.

Palma hortenſis mas. *Kæmpf. exot.* 668. 686. *t.* 1. 2. *f.* 1. 3.

Palma Dachel ſterilis. *Pont. anth.* 154.

Palma hortenſis (fæmina). *Kæmpf. exot.* 668. 686. *t.* 1. 2. *f.* 2. 6. 11.

Palma Dactylifera major & Dactylus vulgo. *Burm. zeyl.* 183.

Palma Dactylifera major vulgaris. *Sloan. flor.* 174.

Palma major. *Bauh. pin.* 506.

Palma. *Dod. pempt.* 819. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 351. *Raj. hiſt.* 1352.

Indi. Mahaindi. *Herm. zeyl.* 69.

Pharmac. DACTYLI *Fructus, Oſſa.*

Obſ. *Cum indiarum Annona & Ager conſiſtat in proventu & copia Palmarum, cumque Palma dactylifera Indi dicatur, forte India dicta fuit a Palmis, quaſi terra Palmarum.*

COCCUS.

